



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

...
H...
...
Q...
...
H...
...
L...
...
D...
...
A...




Th. 4871.

M.

I

~~10~~ 10

Th. 4871.



TRACTATUS

De Superstitionibus,

CONTRA MALEFICIA SEU

SORTILEGIA QVAE HODIE

vigent in orbe terrarum: In lucem

superrime editus.

Auctore D. Martino de Arles:

In sacra Theologia professore;

ac canonico & archidiacono Pam̄.

Collegij Societatis Jesu Paderbornae
Ex auctoritate D. Sebastiani Huber




FORTES, FORTI



INNA, ADIVVAT,

Romæ, Apud Vincentium Luchinum. 1559.



INCIPIT INSIGNIS ET

exquisitissimus Tractatus de Su-

perstitionibus; editus per reueren-

dum dominum magistrum Martinum de Ar-

les in sacra Theologia professorem meri-

tissimum: ac canonicum & archidia-

conum vallis de aybar in Ecclesia

Pamp̃. Regni Nauaræ.



Vadam die cum peractis
diuinis officiis post pran-
dium intra hortos ame-
nos huius nostrę insignis
Ecclesię nonnulli ex fra-
tribus concanonicis esse
mus simul recreãdi causa inter alias ho-
nestas colloquutiones : ortus est sermo
de superstitionibus, quę prodolor, ho-
ste procurante antiquo his diebus vi-
gent in orbe terrarum : cum ergo de
his confabularemur quesuit a me vnus
ex eis : scilicet venerabilis dominus
Archidiaconus de vssum, mihi fra-
ter amantissimus, narrando quod est

TRACTATVS

Antiquus vsus in oppido quodam sui archidiaconatus : vt cū aliqua necessitas tempore siccitatis fructibus terre ingruerit : magna cū deuotione processionaliter clerus & coloni cū hymnis & canticis ad sanctum Petrum de vssum : titulum videlicet sui archidiaconatus se conferūt : ibique missa celebrata & orationibus imaginem beati Petri ab altare in dorso vel brachiis ad oram fluminis cum canticis & laudibus deferunt. Aliqui tamen eorum querunt ab ipsa imagine dicentes : sancte Petre succurre nobis in hac necessitate positis, vt impetres nobis à Deo pluuiam &c. hoc. ii. hoc. iii. Et cum ad singula nihil respondeat, clamant dicentes submergatur beatissimi Petri imago si nobis apud Deum omnipotentem gratiam ex postulatam pro imminente necessitate non impetrauerit. Respondent aliqui de primatibus non equidem ita fiet: nam tanquam bonus pastor impetra-

bit gratiam prefatam & intercedet apud Deum. Et ita datis fideiussoribus pro parte beati Petri (vt asserunt ipsi coloni) nunquam fuerunt decepti neque destituti in necessitate & desiderio suo prefertim pluuie quin infra . xxiiii . horas pluuiam habuerint : ideo super hoc cupiens a me informari : quesuit . Vtrum in hoc committatur aliquod peccatum : secundum idolatrie superstitionis vel alterius huiusmodi ? Quam questionem frater venerande proculdubio tibi explanare & aliis exponere , fateor ingenii mei vires excedere . Cum non videam in me quid tue & aliorum sapientie dignum aut elegantia dicendi aut sententiarum grauitate possim afferre . Verumtamen (quonia vires quas imperitia negat , charitas administrat) vt saluti animarum consulatur . Memor insuper mee professionis pioque zelo succensus . Que dominus mihi ministrauerit ex precipuis & authenticis doctoribus pauca

TRACTATUS

colligere tibi curabo : in quo quidem opusculo (vt magistri sententiarum vt ar verbis) in prologo non solum pium lectorem , sed etiam liberum correctorem desidero quod vtinam tot haberet zelatores aduersus maleficia & superstitiones sensualium hominum quot prodolor hoc nostro tempore reperitur numerus phironum & maleficiorum . In primis frater venerabilis, populus ipse (vt video) sub pretextu Religionis plura mala committit que ex tua informatione elici possunt : & ex alia quam a fide dignis illius loci personis accepti . Nam primo committunt actum superstitionis , Secundo sacrilegium , Tertio tentant Deum & stulte agunt & scandalum ex suo actu committunt . De quibus omnibus per ordinem est dicendum . Et primo de superstitione .

Quid sit superstitio declaratur.

Superstitio enim vt habetur a docto-
ribus & super illo passu ad Collocē.
.ii. que sunt rationem haben-
tia sapientię in superstitione est Religio
supra modum seruata habens rationem
sapientię non in veritate : sed in falsi-
tate que est abundans vbi nulla vtilitas :
sed per humanam sapientiam que vt di-
citur Iacob.iii. Terrena est animalis &
diabolica. Item Gregorius ibidem in
glo. superstitio simulata est Religio vt vi-
deantur vera que falsa sunt : que men-
tes in terrena humiliat, ne erigan-
tur ad superna. Et Nicolaus ibidem in
superstitione .i. superflua & vana Reli-
gione. Ex quibus sequitur quod super-
stitio est Religio supra modū seruata. i.
modis & circūstantiis malis & defectuo-
sis. Pro huius tamen ampliori decla-

TRACTATUS

ratione notandum est quod dicit beatus Tho . ii . ii . q . xcii . ar . i . superstitione inquit est vitium religioni oppositum : secundum excessum plus exhibens in cultum diuinum quam vera Religio : quia exhibet cultum diuinum : vel cui non debet, vel eo modo quo non debet : prout in cultu diuino fit aliquid quod fieri non debet . Sed actus submergendi imaginem (quem isti faciunt) est huiusmodi . Nam in cultu diuino faciunt illud quod fieri non debet : ergo cultus diuinus fit eo modo quo fieri non debet . Et si totus actus eorum redditur malus ex mala circumstantia : quia secundum Dionysium de diuinis nominibus, bonum est ex integra causa : malum autem ex singularibus defectibus : ergo isti & alii huiusmodi committunt superstitionem . Nam quod processionaliter eant ad dictam Ecclesiam & quod ibidem missam celebrent . &c . actus est religionis cum religio sit vir-

tus inclinans ad reddendum debitum cultum & honorem Deo : ratione sue excellentię : vt ponit sanctus Tho. ii. ii. q. lxxxi. ar. ii. & tam in cordis quam in corporis actibus .

Questio, religioni opponitur superstitio, declaratur.

Hic tamen actui opponitur prima species superstitionis quam ponit beatus Augustinus in libro de doctrina Christiana : & est quando diuinus cultus exhibetur Deo uero modo tamen indebito . Nam secundum quod diuinus cultus ordinatur ad quandam directionem humanorum actuum, secundum instituta Dei qui colitur, ad hoc pertinet superstitio quarundam obseruationum vel obseruantiarum . Cum igitur sub pre-textu Religionis isti imaginem sancti Petri ad oram fluminis ducāt : eamq;

TRACTATUS

submergant , vel submergere atten-
tent , inde sperantes fortiri suum op-
tatum effectum . Hoc superstitio-
sum est . Nam illud quod a Deo vel
a sc̄tis spectare patienter debent & per
debita media impetrare , a creaturis il-
licite & indebite requirunt per media
superstitiosa verbis & factis inordinatis
& ab aliis inusitatis . &c. Quod autem
in cultu diuino possit esse aliquid super-
stitiosum probat doctor sanctus in libro
supra nominato . q. xc. iii. ar. ii. vbi magis
declaratur diffinitio superstitionis : &
primo dictam conclusionem probat au-
toritate beati Augustini . ii. de doctrina
Christiana : vbi dicit quod bonus verus
que Christianus etiam in litteris super-
stitiosa figmenta repudiat : sed per sa-
cras litteras Deus colendus ostenditur .
Concluditur ergo quod etiam in cul-
tu diuino potest esse superstitio ex ali-
qua superfluitate . Vnde in corpore ar-
ticuli dicit quod aliquid dicitur super-

DE SUPERSTITIONIBVS. 9

fluum dupliciter : vnomodo secundum absolutam quantitatem & secundū hoc nō potest esse aliquid superfluū in diuino cultu : quia nihil potest homo facere quod non sit minus eo quod Deo debet . Alio modo potest habere aliquid superfluum secundum quantitatem proportionis : quia scilicet non est fini proportionatū . finis autem diuini cultus est vt homo det gloriam Deo & ei se subiiciat mēte & corpore . Et ideo quicquid hō faciat quod ad Dei gloriā pertineat : & ad hoc quod mēs hoīs Deo subiiciatur : & etiā corpus per moderatā refrenationē cōcupiscētiarū secūdū Dei Ecclesieq; ordinationē & cōsuetudinē eorū : quib⁹ hō Deo cōiuit nō est superfluū in diuino cultu . Si autē aliquid sit quod quātū est de se : nō pertinet ad Dei gloriā : neq; ad hoc quod mēs hoīs feratur ī Deū : aut quod carnis cōcupiscētię īordinate refrenētur : aut etiā si sit preter Dei & ecclesie īstitutionē : vel cōtra cōsuetudinē

TRACTATUS

communem : que secundum Augustinum pro lege habenda est, totum hoc reputandum est superfluum & superstitiosum : quia in exterioribus solum consistens ad interiorum Dei cultum non pertinet . Vnde Augustinus in libro de vera Religione inducit quod dicitur Lucę .xvii . Regnum Dei intra vos est : loquitur contra superstitiosos qui secundum exterioribus principalem curam inpendunt . Hęc beatus Thomas .

Quod submersio illa imaginum quantumcumque cum hymnis & canticis agatur, pertinet ad iniuriam sanctorum, & est actus superstitiosus .

Constat autem quod submergere imaginem beati Petri non pertinet ad Dei gloriam qua laudatur dominus in sanctis eius, sed ad vituperium & iniuriam, neque secundum Dei Ecclesieque ordinationem,

que ordinavit quod imagines sanctorum adorentur vt infra dicetur. Sed econtra nulla gens neque patria communiter talia agere attentavit vnquam: ergo concludendum est quod actus ille per omnia est malus & superstitiosus, quod si aliquid numinis in simili obseruantia adest: theologi viri Religiosi atque deuoti deberent istam obseruantiam magis cognoscere & custodire. Cuius oppositum inuenitur: quia dissuadent illam: reprobant & prohibent: ergo talis ritus transit in superstitionem que nihil aliud est quam vana religio: vt supradictum est. Dicitur autem vana: quia caret ratione & effectu. Vnde magister Iohan. de gerson. de directione cordis parte.iii. ponit hanc regulam dicens.

Ponitur regula generalis ad cognoscendum quis sit actus illicitus, vel superstitiosus.

TRACTATUS

Omnis obseruatio cuius effectus ex-
 pectatur aliter quam per rationē
 naturalem : aut per diuinū mira-
 culū vel voluntatem debet rationaliter
 reprobari : & de pacto demonū expref-
 fo vel occulto vehementer haberi suspe-
 cta sic inquit determinauit tempore no-
 stro sacra theologorū facultas Parifien-
 fis vniuerfitatis : hæc ille. Ex quibus infe-
 ram aliquas propositiones . Prima quod
 vicini illi de labiano qui fimiliter agunt
 & proceffionaliter ducūt corpus sanctę
 Felicie tempore ficcitatis : & tandē sub-
 mergūt habentes eandem falsam credu-
 litatem sicut predicti de lūbier : sunt eo
 modo superstitiosi & vani : quia talis a-
 ctus caret rationibus in prædicta regula
 positis & offenditur Deus . Nam secun-
 dum Augustinum de decem cordis . Su-
 perstitio inquit est de maximis seruili-
 bus operibus demonum : & contra di-
 uinam reuerentiam .

Infert quasdam propōnes de singularibus actibus superstitionis peractis ī die sancti Iohānis baptiste & beatorū Petri & Pauli.

Secunda propositio cū in die festiuitatis sancti Iohannis baptiste propter iocūditatem multa pie agūtur a fidelibus : puta pulsatio campanarum : & ignes iocūditatis : similiter summo mane exeunt ad colligendum herbas odoriferas & optimas & medicinales ex sua natura & ex plenitudine virtutum propter tempus : sunt quidam vulgares ad eo superstitionis vt que fiunt ad solemnitatem & iocunditatem festi credant fieri ad remedia superstitionis : vt pulsationem campanarum ad effugandos spiritus vel maleficos que vulgariter broxe nuncupantur : quidam ignes accendunt in compitis viarum in agris : ne inde tales fortilege & malefice illa nocte

TRACTATUS

transitū faciant : vt ego propriis oculis vidi : alii enim herbas collectas in die sancti Iohannis incendentes contra fulgura : tonitrua : & tempestates credunt suis fumigationibus arcere demones & tempestates : quod commune est apud nos : & sepe numero in mea visitatione reprehendere curavi : alii hoc : alii illud : illa die superstitiose agunt in colligendis herbis & scindendis ramis nucum : vel aliarum arborum : credentes per hoc guturnosos posse sanari. Nec tamen negare debemus illas herbas habere virtutem medicinalem ad fumationes faciendas contra infirmitates puerorum & etiam iumentorum : non tamen hoc prouenit ex collectione precise talis diei : nec ex collectione ante solis ortū vel post solis ortū (vt quidam fatue credunt) sed ex virtute naturali earū herbarū quam etiam eo tempore iam attingunt : nec in collectione herbarum quaruncūq; medicinaliū
naliū

naliū quocūq; tempore aliquas obserua-
 tiones aut incantationes licet accende-
 re nisi cū simbolo diuino : aut domina-
 oratione vt tantū creator & Deus om-
 niū honoraretur . vt ait sanctus Tho' ii.
 ii.q.xcvi.ar.iiii. Nec video vnde isti fabri
 ferrarii siue mulciberi die sancti Iohan-
 nis baptiste : & die Apostolorū Petri &
 Pauli p̄cise minuunt vel fleubothoni-
 zent equos & alia iumenta potius quam
 aliis diebus in eodem tempore : sed hoc
 videtur superstitiosum & a diabolo sua-
 sum : vt dies & solennitates tantorū san-
 ctorū soluantur contra diuinam reue-
 rentiam . De similibus dierū obserua-
 tionibus inferius tangemus . Alii enim
 balneant se in illa die de mane : & sal-
 tant super ignem herbarū illarū de no-
 cte : credentes per hoc carere prurigne
 & scabie per totū illū annū . Alii hoc :
 alii illud : superstitiose & infideliter agūt
 de quibus per ordinem
 est dicendum .

TRACTATUS

Quod mulieres sortilegæ & malefi-
cæ quæ vulgariter broxæ nūcupantur nō
transferūtur localiter ad loca in quibus
se fuisse de nocte dicūt: sed mēta-
liter & fantastice tantum. *error.*

ET primo de falsa opinione credenti-
um illas maleficas & sortilegas mu-
lierulas quæ vt plurimū vigent in re-
gione basconica ad septentrionalē par-
tem montium pīreneorum quæ vulgari-
ter broxæ nuncupantur posse transfer-
ri de loco in locū per realē mutationē.
Nā re vera vt habetur. xxvi. q. v. Episco-
pi ex cōcilio acquiren. tales personæ nō
transferuntur a demone localiter in lo-
ca in quibus dicunt se fuisse: credentes
cū Diana vel herodia de nocturnis horis
equitare: vel se in alias creaturas trans-
formare. Sed ipse sathanas cū mētem cu-
iusq; mulieris similis ceperit: hāc per īfi-
delitatem sibi subiugauerit ilico trāsfor-
mat se in diuersarū formarū species & si

DE SUPERSTITIONIBVS.

militudines creaturarū. representat fantasie dormientis, qui hmōi superstitionē sequitur. Et mētē quam captiuā tenet in somnis deludēs: modo per lēta: modo per tristia imaginarie solum deducit nō veraciter: & cum hoc sola anima patiatur infidelis hęc nō ī animo: sed ī corpore euenire opinatur. Vnde quēdā mulierculę īseruiētes sathane demonū illusionibus seductę: credunt & profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum dea vel Venereī magna mulierum multitudine equitate: & alia nephanda agere: puta paruulos a lacte matris auellere: affare: & comedere: domos per caminos seu fenestras intrare: & habitantes variis modis inequitare. quę omnia & consimilia solum fantastice accidunt eis. error.

Quod aliquādo mulieres etiā pbæ ī probe patiūtur cōcubitū a dēone īcubo.

ET non solum apud maleficas sed & circa alias probas mulieres accidit

TRACTATUS

hæc illusio: nam relatu cuiusdam sacer-
 dotis habui his temporibus sibi in con-
 fessione reuelatū a quadam proba mulie-
 re coiugata: cui sepe ī somnis videbatur
 realiter super iumēta equitare per cam-
 pos cū aliis: & sic incedendo super aquā
 coire hominem cū ea & sentire inten-
 sam concupiscentiam in actu & hoc se-
 pe ei accidisse: quod cū eius confessor a
 me quæreret: quid aliud ad illam equi-
 tationem respōderi potuit, quam quod
 de prædictis maleficiis non realiter sed
 fantastice acciderit sibi: & hoc illusio-
 ne demonis secūdū prædicta. Vnde Au-
 gustinus super genesim ad litteram. Il-
 la enim quę accidisse vt quidam recor-
 darentur se in quorūdam animalium cor-
 poribus: aut facta facta narrarentur aut
 illusionibus demonū hoc in eorū ani-
 mis factū est: si enim contingit vt quis
 in somnis fallaci memoria recordaretur
 se aliquid fuisse quod non fuit: aut fe-
 cisse quod non egit: quid nimirū si quo-

dam Dei iusto occultoq; iudicio finan-
 tur demones in cordibus hominū tale a-
 liquid posse. hęc Augustinus. Eadem
 de causa ficta sunt vt dicit Nider: & ima-
 ginaria solū quando quedam in quatu-
 or temporibus se in raptu dicūt videre
 animas purgatorii: & plura alia fantas-
 mata quę omnia hic interposui ad tol-
 lendam falsam opinionem istorū vulga-
 rium attribuentiū ea que Ecclesia ex pia
 consuetudine facit ad opiniones super-
 stitiosas conuertere. Quod autem tam
 ardentem sibi visum fuerit hominem coi-
 re cū ea in tanta concupiscentia hoc in-
 quam potest procurari a demone incu-
 bo: vt probat sanctus Thomas. i. parte.
 q. xi. arti. iii. ad sextum vbi allegat Augu-
 stinū. xv. de ciuitate Dei: qui ait multi
 se expertos vel ab expertis se audisse cō-
 firmant siluanos & faunos quos vulgus
 icubos vocat improbos sepe extitisse mu-
 lieribus, & earū expetisse concubitū at-
 que peregisse. Vnde hoc negare impu-

TRACTATUS

dentie videtur & infra : si tamē ex hoc
 coitu demonum interdū aliqui nascun-
 tur, hoc nō est per semē ab eo decissum
 aut ex corporibus assumptis : sed per se
non videt men alicuius hominis ad hoc acceptū :
verum utpote quod idē demō qui est succubus
 ad virū fiat incubus ad mulierē sicut &
 aliarū rerū semina assumunt ad aliquarū
 rerū generationē . vt August. dicit iii. de
 trini. vt sic ille qui nascitur nō fit fili⁹ de
 mōis : sed illi⁹ hoīs cuius est semē acceptū.

Quod pulsatio signorū siue campa-
 narū in nocte sanctę Agathę nō ad eui-
 tadū has sortilegas & maleficas fit vt qui-
 dā fatue intelligunt : sed aliis de causis .

SVnt aliqui qui attribuūt pulsationem
 campanarū etiā in nocte sanctę Aga-
 thę fieri propter similes maleficas :
 & quod illa nocte specialiter vagātur vt
 dictū est : sed hoc falsum est & supersti-
 tiosum . Nam pulsatio illa fit ob deuo-

tionē sanctę Agathe propter miraculū factū ex incendio mōtis Ethne apud Sicilia quod videntes etiam pagani cōcurrerūt ad sepulchrū Agathe: & velum eius inde trahētes corā incendio facto opponētes miraculose cessauit: inde est quod in aliquibus Ecclesiis habentibus deuotionem ad ipsam campanę pulsantur.

Quod superstitiosi sunt qui credūt quosdam dies sanctorum aliquorum esse infortunatos & periculosos similiter ponentes quosdam dies esse *egyptiacos* infaustos & periculosos.

Tertio superstitiosi sunt qui dicunt & credunt quosdam dies esse infortunatos: infaustos & periculosos: sicut dies *egyptiacos* vt habetur in decretis xxvi. q. vii. non obseruetis. Et dicuntur dies *egyptiaci* vel quia illis diebus fuit percussa *egyptus* & plagata: vel quia

TRACTATUS

Aegyptii primo inuenerunt dies: cauendos
tanquam infaustos. Etiam dies sancto-
rum martirum Iohannis & Pauli: & dies
beati Martialis. Diem etiam sanctorum
Innocentium unde dicunt se tales dies ob-
seruare tanquam pestiferos & infortu-
natos ad aliquid inchoandum propter e-
uentus & pericula que consueuerunt eue-
nire his qui inchoant aliquid opus vel i-
ter vel aliquid aliud tali Die: sed hoc est
vanum & superstitiosum.

Quod obseruatio praedictorum die-
rum est contra rationem natura-
lem astrologicam & theologica.

Quia aut aliqua ratione astrolo-
gica probaretur aut naturali
aut theologica. Sed nulla ista-
rum sufficiens est causa ut haec ponatur
obseruatio: nec omnes: similiter talis
ergo obseruatio vana est & reprobanda
De astrologica probatur sic. Nam si haec

obseruatio dierum interrogetur ab astrologis respondebunt hoc esse contrarium suis regulis & principiis. Quoniam astrologi variant sua iudicia secundum varietatem positionis siderum: ita quod non possit confici almanach vniforme perpetuum: quia dies lune (exempli gratia) que modo est indisposita vel infauita secundum regulas eorum: si etiam erunt vere erit in ebdomada sequenti dispositionis alterius.

Quod in his que concernunt arbitrii libertatem astra non imponunt necessitatem.

At tento maxime quod in his que concernunt arbitrii libertatem astra non imponunt necessitatem iuxta dictum Ptholomegi quod sapiens dominabitur astris: & hec ratio fieri solet efficaciter contra signationem que reperitur in Kalendaris de diebus *egyptia-*

TRACTATUS

cis seu periculosis secundum dispositionem
siderum que contingunt temporibus anni : sed
quod dies sanctorum predictorum : vel dies
translationis beati Martini que vulgares
dicunt esse semper periculosum vocantes
sua lingua motana vel basconica, Iando
ne martie erroya, quod latine intellectum
idem est quod sanctus Martinus corruus : hoc
superstitiosum est : quia non debet hoc iu-
dicari secundum id quod est de per accidens :
sed secundum quod est de perse : quod aut
tale festum accidat tali die hoc est de per-
accidens : potest enim contingere tale fe-
stum alia die sancta & bene constellata .

Ponit conclusiones theologicas con-
tra observationem huiusmodi dierum .

Consequenter per locum ab autho-
ritate sic argueretur de theologi-
ca . Nam cuilibet experto in sua
arte credendum est magis quam vel i-
diotis vel insciis in illa scientia : qui nec

intelligunt nec assentiunt. Setertia enim Gregorii presumptionem esse velle docere se doctiorem. Aliud est enim guarire que veniunt ad fantasia. Aliud est de scripturis sacris proferre sermonem. Istud cum artis subtilitate subsistit. Illud dilabitur sine firmitate. Ex hoc dixerim quia sunt quidam sapientes huius seculi qui dum se videt honorari pro aliqua scientia sit legum: sit canonum: sit industrie mundanalis: etiam quidam idiote de suis diuitiis superbientes laxant faciliter ora de sermonibus quos nesciunt: vt de theologia: de astrologia: qua si verecundarentur, aliquid ignorare: aut aliquando maiori dementiaque non cognoscunt in se despiciunt: in aliis tanquam superuacua & noxia ne videantur ea que sunt utilia nequaquam cognoscere. Magna enim pars scientie est dicit Hieronimus scire quod nescis; magne demum demetie taliter agnoscere: sic igitur contentus vnusquisque terminus sue facultatis ne in aliis mordeat que in se penitus ignorat.

TRACTATUS

Quod omnes dies anni boni sunt: &
omni anno: & omni die: & omni ho-
ra diei bonū & laudabile est opera
quelibet sancta licita &
honestā inchoare.

NVnc ergo theologice probemus
obseruationem horum dierū esse
vanam & superstitiosam. Et hoc
ponendo aliquas conclusiones collectas
ex doctoribus precipue ex magistro Io-
hanne gerson: quarum prima talis est.
Omnes dies anni sunt opera Dei altissi-
mi: patet hoc ex textu sacre Scrip-
turę, Gene. i. vbi per totum capitulum
deducuntur opera sex dierum: & quali-
ter primo opera Dei fuerūt dies & anni.
Primum autem bonum a bono & opti-
mo cepit operari Deus altissimus: & om-
nium creator est summum & optimū:
ergo omnia eius opera bona sunt. Gen.
i. Vidit Deus cūcta que fecerat & erant
valde bona: ergo dies & anni cum sunt

prima eius opera : hoc idem attestatur regius vates David in psalmo dicens. Tu us est dies & tua est nox tu fabricatus es auroram & solem. Quo circa canit Ecclesia. *Æterne rerum conditor noctem diemque qui regis & temporū das tempora vt alleues fastidium.* Secūda conclusio, dies | anni boni sunt : & omni anno & omni die & hora diei bonū & laudabile est opera quelibet sancta licita & honesta inchoare; facere operari & profiteri. Intellige nisi precepto dei vel Ecclesie inhibeat sicut in diebus festiuis aliqua opera laboriosa prohibētur. Prima pars huius conclusionis patet ex dictis in precedenti cōclusionione quia dies & anni sunt opera summę & infinite bonitatis. Optimi autem est optima adducere : dicere ergo aliquem diem esse ex natura sua malum est iniuriari Deo : qui artifex est dierum & annorum : opus autē malum maliciā arguit artificis. Secūda pars patet quia sicut dies & āni &

TRACTATUS

etiã horę diei a Deo creatore procedũt
 sic & õne opus sãctũ licitũ & hõestũ quod
 ab õni die & hora inchoatur & perficitur
 a domino dirigitur: inchoatur: & perfici-
 tur dicente domino. Sine me nihil pote-
 stis facere, & rursus. Oĩa per ipsum facta
 sunt & sine ipso factũ est nihil. Ex quibus
 sequitur quod superstitionosa & vana Reli-
 gio ac merito redarguẽda est nõ inchoa-
 re operari vel perficere certis annis die-
 b' op' bonũ vel sãctũ ab Ecclesia nõ prohi-
 bitũ & istud est expresse de mẽte Apосто-
 li cõtra similes his quib' scribebat ad Ga-
 la. iiii. & est textus Augustini. xxv. q. vii.
 Quis, ubi arguit & reprehendit illos de
 galatia ita dicens: obseruatís dies & mē-
 ses & tēpora & annos: sequitur. Timeo
 autem vos ne forte sine cãsa laboraue-
 rim in vobis prædicando secũdum fidem
 catholicam: quę omnia ista reiicit tan-
 quam superstitionosa & vana: non si talis
 obseruatio dierũ fiat propter reueren-
 tiam & sanctitatem alicuius diei solen-

nis: vel propter deuotionem ad aliquem sanctorum. Sed si fiat talis obseruatio propter euentus pericula: que consueuerunt euenire his qui inchoant aliquod opus vel iter arripiunt hoc vanum & superstitiosum & sine aliqua ratione: quolibet enim die & hora diei & anno bona & mala contingunt, cui sententie potest adaptari. Quidam articulus Parisiensis quem ponit Gerson in lib. de erroribus circa artem magicam: & est. xx.

Quod imagines de ere plumbo vel cera alba vel rubea vel alia materia baptizate exorcizate immo potius execrate per artes magicas & quod sub diebus certis habeant virtutes mirabiles que in libris talium artium recitatur error est contra fide.

Quod imagines de ere vel plumbo vel auro vel cera alba vel rubea vel alia materia baptizate vel exorcizate consecrate:

TRACTATUS

immo potius exsecrate per artes magi-
 corum & sub diebus certis habeant vir-
 tutes mirabiles que in libris talium ar-
 tium recitantur Error. In fide, in philo-
 sophia naturali, & astrologia vera, arti-
 culus. xxi. quod vti talibus & fidem dare
 non sit idolatria & infidelitas . Error .
 Notandum tamen est quod de imagini-
 bus astronomicis que sūt certis tempo-
 ribus planetis existentibus in quibusdam
 locis celi determinatis mouet sanctus
 Thomas difficultatem. ii. ii. q. xcvi. ar. ii.
 argu. ii. an sit illicitum tales facere : vel
 eis vti ad corporum mutationem : puta
 ad sanitatem vel aliquid huiusmodi . Nā
 vt refert magister Robertus holkot su-
 per libros Sapiētie .c. xiiii. lectione. clx.
 quod temporibus suis quidam in londo-
 nia dicebatur curari a quartana per ima-
 ginem leonis auream secūdam certam
 constellationem factam : & dicit quod
 hoc est difficile dicere quod sit verum
 propter mirabiles operationes corporū
 celestiuū :

celestium : quia hoc est certum inquit
 quod nihil est huiusmodi illicitum quod
 per naturam compleri potest : sed respō
 det per sanctum Thomam libro. q. art. &
 loco preallegatis vbi sanctus doctor alle
 gat beatum Augustinum . x. de ciuitate
 Dei quod opinio Porphirii fuit falsa
 de talibus imaginibus construendis. Ve
 rum est autem quod res naturales for
 mas suas & virtutes consequuntur ex cor
 poribus celestibus : sed imagines artifica
 les nullam virtutem cōsequi possunt ab
 arte nec aliam virtutem habere possunt
 nisi quam habent ratione materie : figu
 ra autem non est principium alterandi :
 ideo non aliam virtutem causandi ha
 bet aurum talis imaginis quam aliud au
 rum alterius figure. Sed si alium effectum
 habet hoc est ex operatione demonum
 qui sunt ludificatores hominum secun
 dum Augustinum . Ideo tales imagines

TRACTATUS

astronomice virtutem sortiuntur per demonem cuius signum est quod op^e illis imaginibus quosdam characteres imprimit quia ad nihil naturaliter operantur. Vnde sciendum est quod imagines astronomice & nigromanticę in hoc differunt quod in factura nigromanticarum imaginum sunt expressa quedam inuocationes demonum: vnde tales imagines pertinent ad expressa pacta cum demonibus inita. Sed in factura astronomiarum sunt tacita pacta cum demonibus per quosdam characteres & figuras ab ipsis demonibus adiuuentas: ad quorum characterum factionem demones facientibus suffragantur. Hęc de sancto Thoma vbi supra ex quibus expressę apparet quod tales imagines & characteres habent effectum ex operatione demonum & quod vsus characterum & omnium figurarum (excępta figura crucis) & inuocatio nominum incognitorum & alligatio cedularum de Euangelio circa collum pati-

entis cum ceteris conditionibus & multa alia ad superstitionem pertinent secundum Aug. Et sunt quedam reliquę idolatrię: sed de his cartulis circa colum. alligatis inferius dicemus.

Quod inientes pactum cum demonibus tacitum vel expressum sunt idolatre heretici & alieni a catholica fide.

Tertia cōclusio. sicut vera & Christiana fides mirabilia operatur in bene credentibus, sic & falsa & mala credulitas Deo permittente euentus malos interdum operatur vel potius demeretur. Primam partem ad lōgū deducit per exempla ꝑ Apostolus ad Hebr. xi. sed de virtute fidei ipsa Euangelia multa loquuntur. Reliquas partes conclusionis experitur quotidie in male credulis & superstitiosis quos ita Deus punit propter malam fidem. Immo sūm

TRACTATUS

cognoscit dominus nimiū adherere aliquibus vanis obseruantis permittit aliquos euentus contingere. Et ita eos plus consequentur firmari in tali opinione vt maior fiat cecitas eorū & in laqueum cadant quem sibi parauerūt. Per hęc igitur peccatū quod homines decipiuntur per cooperationes demonum propter eorum falsam credulitatem precedentem ; & ideo obseruatores talium multa incommoda recipiūt propter eorum falsam fidem quę alii nullatenus patiuntur qui de talibus non curant.

Quod obseruātes dies & annos per suam falsam imaginationem quicquid mali euenerit imputant auguriantes malicię diei & anni .

Propterea dū imaginatio taliū obseruantium dies & annos arctatur nimis circa tales dies quicquid mali eue-

nit imputant auguriantes malicie diei. Exempli gratia. precipitabatur aliquis ab equo effreni & indomito in via lubrica, vel flumine submergitur confestim vulgares vt audierint assignabūt huiusmodi infortunii causas diuersimode que tamē nullatenus cause sunt huius casus. Dicit vnus quod in exitu domus habuerit vnum catum vel leporem; vel quod in egressu domus offenderat pedem; vel quod mane camissam auersam induerit; aut calceus dexter pro sinistro acceptus fuerit. Quod signum Cęsar Augustus reputabat infaustissimum. Quibus omnibus & sequentibus cum innumeris aliis superstitionibus potissimum adhaeret falsa credulitate gens illa hispanica de prouincia lusitania vulgariter andaluzia appellata (sunt etenim valde superstitioni super omnes alias gentes hispanicas) vnde dicit quispiā ipsorū: ego sic sōniauerā. Crocitabat coru⁹ super te cū aut bubo cū stridore superuolauerat

TRACTATUS

(quod augurium lucius silla accepit de morte sua: ut dicit Appianus de bello civili) vel gallus præter horam vocem dederat. Vel si picæ garriant significatur aduentus hospitem. Dicit alius: ecce mala dies erat vel infortunata vel egra. Dicit alius luna quarta erat vel tertia aut sol in ortu nubibus obuolutus palluerat: aut stella decidens per aerem micauerat. Vel sicut apud comicum legitur introiit in edes: alter alienus catus, anguis per impluuium decidit de tegulis, gallina cecidit: de quibus prolixè loquitur reprobando beatus Aug. ii. de doctrina Christiana. c. ii. dicens tales obseruationes superstitiosas esse: sicut aliqui cum vident caligas à foricibus rodi timent: & de aliquo infortunio euenturo. Vnde legitur Catonem quemdam derisisse qui sibi pro mirabili signo infortunii nūciauit caligas per forices esse corrosas certè non est (inquit) mirabile: sed mirabile fuisset si calige forices corrosissent: ad i-

sta pertinet si homo surgens de lecto ad lectū redeat : quia sternutauit antequam potuit se calciare . Item si homini singultiēti dicitur teneas manu dextra pollicem manus sinistre : vel sicut me vidisse fateor quosdam manu dextera mentum tenere interim quod Euangelium cantatur : alios pedem dextrū eleuatum tenere : alius hoc : alius illud . Item cū pro malo accipitur si duobus amicis simul ambulantes puer medius intercurre- rit : vel aliquod aliud animal , estimatur enim quod eorū sit amicitia diuidenda . Simile est redire domū si homo statim procedens offenderit : & tales multas fatuas obseruantias ibidem recitat Aug. tale simile est his duobus quod venatores si eūdo venatū fratribus aut sacerdotibus obuiant pro illo die de venationem diffidūt : cū igitur tales significationes non sint a Deo institutę dicūt doctores quod tales obseruationes signorū . Huiusmodi sunt introductę ab humane

TRACTATUS

vanitate cooperante demonum malicia: qui gaudent implicare homines in vanitatibus & erroribus: & interdum casu accidit quod tale signū talis euentus sequebatur: sed postea quando homines inceperunt talibus indulgere multa sequebantur per cooperationes demonū vt homines magis fierent curiosi & arctius in talibus superstitionibus traditi. Vnde cum nulla ratio posset esse quare occurfus sanctorū virorum venationem impediatur quando modo est licita & ex personis conuenientibus licite exercetur manifestū est quod hoc & alia sunt superstitiosa & erronea & vana: de quibus longū esset omnia prosequi quibus falluntur & fallunt homines stulti & vulgares prosequentes experientiam quasi certam. & fundant confictiones malas & falsas: nec aspiciunt ad ea que bene & prospere successerunt tali die adeo etiam occupatur imaginatio eorum circa ali-

quis euentus minus bonos quod non potest conuerti ad alia bona quę illo die contingunt.

Quod merito permittit Deus tales augures & superstitiosos decipi & in laqueum suę vane incredulitatis incidere.

Vnde merito permittit Deus tales decipi, & in laqueo suę false credulitatis cadere: quia Deo odibiles sunt, secundum quod scribitur Psalmo, iii. Odisti obseruantes vanitates superuacue: vbi dicit Nicodemus de lyra, per somnia: auguria: & consimilia: per quarum obseruationem aliqui sperant euadere pericula & tribulationes: sed superuacue obseruant: quia talis

TRACTATVS

obseruatio inutilis est & nociua: quia superstitiosa. Hęc ille.

Quod obseruatores diei sancti Vincentii: & conuersionis sancti Pauli sunt vani & superstitiosi cum suis ineptis versibus: quibus dicunt.
Vincenti festo. &c. Et clara dies Pauli.

EX quibus omnibus possumus inferre quod obseruatores dierũ sancti Vincentii & conuersionis sancti Pauli sunt vani & superstitiosi cum suis versibus ineptis quibus dicunt. Vincenti festo si sol radiet memor esto. Para tuas cuppas: quia multas colligis vuas. & ultra. Clara dies Pauli: multas segetes notat anni. Si fuerint nebulę aut venti erunt p̄lia genti. Hoc enim non potest stare: nec ratione naturali: nec theologica: nec astrologica probari vt supradictũ est: quia quod illa die sol radia

uerit vel sint nebulę vel venti de per accidens est quod plures sint vindemię illo anno : vel animalia pereant : vel prelia contingant accidit non à tali die festo : sed vel potius à volūtate diuina . Nam sepe contrarium videmus esse certius .

Quod sterilitas fructuum & animalium & quod prelia vigeant non accidit a dispositione quorūdam dierū : sed a dispositione nature & potius à volūtate diuina effectiue vel permissiue .

Quod autem interitus pecorū vel abūdantia vel sterilitas seminū proueniat à volūtate diuina tanquam à superiori causa : & hoc propter peccata patet Iohelis. i. quando propter peccata populi dicitur . Dissipata sunt horrea . dissipatę sunt apothecę . confusum est triticū . ingemuit animal . mugierūt greges armenti : quia non sunt pas-

TRACTATUS

cua eis: sed & greges pecorum disperie-
 runt. & Aggei. i. Ponite corda vestra
 super vias vestras dicit dominus. Semi-
 nastis multum, & collegistis parum. Co-
 medistis & non estis saturati. Bibistis &
 non estis inebriati: & infra. Respexistis
 ad amplius & ecce factum est minus. &
 intulistis in domum & ego exsufflaui il-
 lud. Propter hoc (inquit) super vos pro-
 hibiti sunt cæli ne darent rorem: & ter-
 ra prohibita est ne daret germen suum:
 & vocaui siccitatem super terram & su-
 per montes & super triticum & vinum
 & oleum: & quicunque profert humus:
 & super homines & iumenta: & super
 omnem laborem manuum vestrarum. & ii.
 c. dicit. percussi vos vento vrente & au-
 rugine: & omnia opera manuum vestra-
 rum & non fuit qui reuerteretur ad me.
 Hęc enim etiam proueniunt ex constel-
 latione celorum qui diuersimode in flu-
 unt secundum quod Deo seruimus vel
 non. Vnde Leuiter. xxvi. Si non fe-

ceritis mandata mea dabo cælum vobis
 de super ferreū & terram eneam & con-
 sumetur incassum labor vester. Si au-
 tem in præceptis meis ambulaueritis da-
 bo vobis pluuias temporibus suis & ter-
 ra gignet germen suum. Sed de bonis
 quæ à Deo procedunt propter conuersi-
 onem & penitentiam dicitur. Ioelis. ii.
 zelatus est dominus terram suam & pe-
 percit populo suo: & dicit. Ecce ego
 mittam vobis frumentū: vinum: & oleū:
 & replebimini in eis. Et non dabo vos
 vltra opprobrium in gentibus.

Quod victoria belli non diei sed
 soli Deo attribuenda est.

Sed de prælijs qualiter in penam pec-
 catorum accidant & à Deo bono &
 iusto proueniant in vindictam ma-
 lefactorū & patiētiā bonorū longū effec-
 tū enarrare: quia tota sacra scriptura plēa.
 Vnde & si plura bella à malis hōinibus:

TRACTATUS

vel a principe tenebrarū concitentur &
 à Deo permittantur. victoria autem bel-
 li non diei: sed soli Deo attribuenda est.
 patet. Attribuere tantū opus vt est vi-
 ctoria diei: est tollere honorem Deo de-
 bitū cuius est vincere quod autem victo-
 ria sit solus Dei: habetur in multis locis
 sacre scripturę: vt in libris Iosue. Iudi-
 cū. Regū. Paralipomenon. & Machabe-
 orū. Hoc testatur Salomon proverb.
 xxi. c. sic dicens. Equus paratur ad diem
 belli dominus ad salutem tribuet. Inde
 est quod rex deuotissimus Dauid quoti-
 enscūq; pugnaturus erat auxiliū Dei que-
 sisse & inuocasse legitur. Inde est pro-
 uerbiū vulgare. Los hombres hazen la
 guerra idios la victoria hoc est homines
 faciūt bellū & Deus victoriani. Ex qui-
 bus omnibus concluditur quod obserua-
 tio dierū ad faciendū aliquem effectū qui
 rationabiliter expectari non potest à
 Deo miraculose operante nec a causis
 naturalibus debet apud Christianos ha-

beri superstitiosa & suspecta de secreto pacto implicito vel explicito cū demonibus: & ista est doctrina sanctorū doctorū: presertim Augustini in pluribus locis quibus has obseruationes valide condemnauit: vt. v. de ciuitate Dei. iiii. confessionū. ii. de doctrina Christiana. & recitantur multę in decretis. xxvi. q. v. & q. vii. pluribus capitulis.

Quod superstitiose sunt quædam muliercule affigentes humeris paruulorū specula vel frustula cori vulpis vel melote ne fascinoentur ab oculis vetularum.

Similiter superstitiosę sunt quędam mulieres affigentes humeris paruulorū quędam fragmenta speculorū vel frustula vel peciolas ex corio vulpis vel melote credentes per hoc tales paruulos non infici ab oculis infectis: hoc

TRACTATUS

vanū & superstitiosum est : & sine vlla
ratione ~~secūda~~ naturali : aut astrologi-
ca : aut theologica. vt supradictum est.

Quod pueri realiter possunt fascina-
ri hoc est a malo oculo infici : sed
quale remediū sit adhibendū.

Quod autem paruuli possint fasci-
nari hoc est malo oculo infici &
inde ledi. Tenet sanctus Tho-
mas, i. parte. q. cxviii. ar. iii. ad. iii. vbi di-
cit quod ex forti imagine immutantur
spiritus corporis coniūcti : que quidem
immutatio spiritū maxime fit in oculis
ad quos subtiliores spiritus perueniūt :
oculi autem inficiūt aerem continuū vī
q; ad terminatū spaciū : per quem modū
specula si fuerint noua & pura contra-
hūt quandam impuritatem ex aspectu
mulieris menstruose : vt ait Aristoteles
libro de somno & vigilia: sic ergo cū ali-
qua anima fuerit vehementer commota
ad

ad maliciam sicut maxime in vetulabus contingit : efficitur secundum modum predictum. Aspectus eius venenosus & noxius & maxime pueris qui habent corpus tenerum ac de facili recipiunt talium impressiones. Possibile est etiam ex permissione vel etiam ex aliquo pacto occulto cooperetur ad hoc malignitas demonum cum quibus vetule sortilege aliquod fedus habent. Hec ille. Sed ad Galatas. iii. super illud quis vos fascinavit veritati non obedire. Dicit gl. quod quidam habent oculos vrentes in solo aspectu inficiunt alios & maxime pueros: hoc idem dicit Petrus de tarantasia super eodem passu. Sunt (inquit) aliqui qui habent oculos vrentes qui respicientes paruulos teneros ledunt: ita vt cibum ex stomacho eliciant & nauseam patiantur: & hoc secundum naturam possibile est. Anima enim vehementer affecta immutat oculos. Oculus immutatus immutat aerem: aer immutat teneram carnem pueri: &

TRACTATVS

sic ledit . Non tamen facienda est aliqua incantatio vel superstitio ad hoc remouendum vt faciunt mulieres frequenter : sed possunt apprehendi aliqua verba sacra vt hæc . Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo . vel oratio dominica cum signo crucis . &c. quare periculū est firmare fidem & credulitatem talibus incantationibus quæ tollunt omne iudicium & rationem ad oppositum . Vnde merito permittit Deus tales decipi & in laqueum suæ falsæ credulitatis incidere . vt dictum est .

Ponit quasdam superstitiones vt per illas intelligere possumus innumeras alias .

SVnt alię innumerabiles & particulares superstitiones quibus hostis antiquus quotidie ad se trahere nititur genus humanū . Nam figere aquas & spinterā cuidā arbori apud basilicam sancti

Christofori : que sita est super montem
 excelsum prope ciuitatem nostram Páp.
 credentes per hoc quod per totū annū
 sequente nō patientur dolorem capitis :
 vanū & superstitiosum est absq; vlla ra-
 tione. Similiter puellas suspendere capil-
 los suos coram imagine sancti Urbani in
 claustrō nostro: credentes per hoc capil-
 los suos non posse cadere vel debere pul-
 chriores esse vel aliquid aliud huiusmo-
 di vanū & superstitiosum est. Sed quam-
 pie & religiose egerit quidam ex fratri-
 bus nostris canonicis qui iam decessit ab
 humanis qui huius rei superstitionem de-
 testans post matutinas quadam nocte ig-
 nem candele quam in manu gestabat ap-
 plicuit & fere omnes combussit. Eodem-
 que modo superstitiosum est quod fere
 in omni hac nostra patria vane obserua-
 tur: vt dum femina est propinqua partui
 zonam vel corrigiam qua precēgitur ac-
 cipiētes ad Ecclesiā occurāt : & cimbālū
 mō quo possūt corrigia illa vel zona cir

TRACTATUS

cū dant & ter percutientes cimbalum sonum illum credūt valere ad prosperum partū: quod est superstitiosum & vanū. Nam quod ter campana sonet hoc potius fit vt ex hoc omnes audientes deuote orent pro tali parturiente & fere periclitanti offerentes beatę virgini ter Angelicam salutationem: vt illa quę immunis & libera fuit à tali dolore sicut ab omni peccato. Liberet huiusmodi mulierem à periculo illius hore.

Quod superstitiosæ sunt quaedã vetule affigentes cedulas siue nomina vulgariter nūcupata contra febres cū quibusdam vanis obseruationibus.

Similiter superstitiosę sunt quedam vetule affigentes quasdam cartulas siue nomina vulgariter appellata etiam cum verbis catholicis: sed dicentes has nihil proficere nisi scribantur

in carta virginea & suspendantur ver-
 fus solem cum tribus filis tortis mani-
 bus alicuius puelle virginis nomine Ma-
 rie : & quod illi ligatur vel cui aliquam
 herbam pro sanandis febribus comede-
 re dederint nihil hoc valere dicunt nisi
 versus solem in suo ortu genibus flexis
 hoc accipiat vt mihi febricanti nonnū-
 quam quandam vetulam dixisse memi-
 ni: hoc inquam superstitiosum est & va-
 num & omni ratione carens. Nam vt in-
 quit Ioh. gerson quid aliud sonant iste
 traditiones scribant hoc in pergameno
 virgineo, portetur in figura triangulari
 cum caracteribus incognitis & thurifi-
 cetur suspendaturque ad collū, & fiant
 ista certis horis : tūc infra triduū aut an-
 tequam triduum proueniet effectus ille
 quem querimus absq; dubitatione : im-
 mo hoc sub periculo capitis asseritur
 hoc superstitiosum & diabolicū est. Vn-
 de Augustinus & habetur. xxviii. q. ii. c.
 illud, vbi dicit quod ad superstitionem

TRACTATUS

pertinet omnes ligature & remedia que medicorum disciplina condemnat quibuscuq; rebus suspendendum atq; ligandum.

Quod verba sancta & reliquias possumus suspendere in collo & per easdem benedicere infirmos homines vel iumenta seruatiss quinque conditionibus.

Quod autem verba sancta possint affigi in collo & benedicere infirmos homines vel iumenta vel carmina scripta vel verba sacra; & quod licitum sit eadem secum deferre & portare, hoc possum per sanctum Thomam. ii. ii. q. xcvi. arti. iiii. quinque conditionibus obseruatis. Prima ut caueant ne verba aliqua contineant que pertineant ad inuocationes demonum, expressas vel subintellectas. Secunda ne contineant ignota nomina; quia secundum Crisostomum talia metuenda sunt ne illis aliquid superstitio

sum lateat. Tertia ne materia verborū aliquid falsitatis contineat : quia sic eius effectus non posset expectari à Deo qui non est testis falsitatis. Quarta ne ibi contineantur vana, vt characteres inscripti præter signum crucis. Quinta ne spes habeatur in modo scribendæ vel ligandi : aut in quacūq; huiusmodi vanitate quæ ad diuinam reuerentiam non pertinent : quia aliter iudicaretur superstitiosum. Vnde in decretis dicitur. xxvi. q. vi. non licet attendere nisi tantū simbolo diuino aut dominicam orationem vt tantū creator & Deus omnium honoretur. Præter has quinque conditiones ponit Ioannes nider duas alias in suo præceptorio. præcepto primo. c. xi. quarum prima est vt in alligatione : prolatione : vel scriptura diuinorum verborum respectus solū habeantur ad sacra verba & ad intellectū eorū : & ad reuerentiam seu ad virtutē diuinā a qua expectatur effectus : vel ad sanctas reliquias quibus etiam præfata

TRACTATUS

expectantur secundario: licet à Deo principaliter. secūda vt committatur effectus, qui expectatur, diuine volūtatī que scit / vtrū talis sanitas plus proffit inuocanti vel minus: vel an obfit. Et hanc conditionem inquit ponit sanctus Tho. prima. ii. in materia de gratia. & in. iiii. distin. xv. quòd si nulla istarū septem conditionū in opere intercesserit erit illicitū. & prædicta probat illud Marci ultimo. Christo dicente. Signa eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent. Item non minoris sanctitatis sunt verba Dei quam sanctorū reliquie: dicente Aug. Non minus est verbū Dei quam corpus Christi: sed secundum omnes licet reliquias sanctorū secum reuerenter portare: ergo qualitercūq; nomen Dei inuocetur rīte per orationem dominicam: per salutationem Angelicam: vel alio modo licito spes haberi potest in eo, committendo effectum

diuine voluntati.

Quod per diuina verba licitum est
arcere lupos: serpentes: & locustas:
& alia huiusmodi & quō hoc
licite fiat & quomo-
do illicite.

EX quibus dicit sanctus doctor. ii. ii.
vbi supra & etiam in quod libeto.
xii. arti. xiiii. quod prædictis serua-
tis conditionibus per diuina verba lici-
tum est arcere serpentes & eadem ratio-
ne quecūq; animalia si solus respectus ha-
beatur ad sacra verba & ad diuinam vir-
tutem. Quibus conditionibus obseruatis
dico similiter quod licite potest fieri cō-
iuratio contra lupos vt arceantur à rap-
tu, vel præda pecorū & aliorū animalū.
Similiter contra locustas & contra mu-
res vastantes fructus terrę: si nihil super-
stitiosum dicūt docent vel faciūt: vt di-
cit Guilhermus lugdunen. vnde si quæra

TRACTATUS

tur vtrum liceat adiurare irrationalem creaturam? Respondet sanctus Tho. ii. ii. q. xc. quod sic per modum conclusionis que referri tunc debet ad diabolum qui in nocumentum nostrum vitur irrationalibus creaturis: & talis modus adiurandi est in Ecclesie exorcismis per quos demonum potestas excluditur ab irrationalibus creaturis: si enim referretur intentio ad irrationabilem creaturam quo ad se que nihil intelligit, vana esset: & hoc modo intelligitur illud quod scribitur Genesis. iii. quod serpens callidior erat cunctis animalibus. que calliditas principaliter referenda est ad demonem qui in serpente apparebat: ad serpentem autem non refertur nisi in quantum calliditate demonis agebatur. sicut lingua hominis alicuius dicitur erudita: quia prudenter mouetur ab intellectu vnde sequitur: & ait Dominus ad serpentem glosa. i. diabolum qui occultabatur & loquebatur in serpente: ita in serpente maledicatur. possumus

ergo demones adiurare in irrationalibus creaturis per virtutem diuini nominis & tanquam inimicos repellere ne nobis noceant vel spiritualiter vel corporaliter secundum potestatem datam à Christo Lu.x. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes; & super scorpiones; & super omnem potestatem inimici; & nihil vobis nocebit. Si tantum utamur licitis verbis & adiurationibus sicut per passionem & crucem Christi & huiusmodi. quò Symonem & Iudam adiurasse dracones legimus: & eis precepisse ut irent in desertum locum. Si autem aliqua inutilia verba & superstitiosa facta admisceantur verbis sanctis ut isti incantatores equorum & iumentorum faciunt vermen quendam suspendentes & die lunę crescentis vel minuentis seruantes prohibendi sunt quæ talia agunt: secundum illud Apostoli. i. ad Thesa. v. Ab omni specie mala abstinete vos. & extra de vita & hone. cleri. cum ab omni.

TRACTATUS

Quod damnabilis & igni tradendus
est quidam libellus coniuratorius; qui in
aliquibus Ecclesiis reperitur propter
verba suspecta & manifesta manda-
cia quę in eo continētur
& apparēt.

EX supradictis videtur etiam dam-
nabilis & igni tradendus libellus
quidam cōiuratorius contra tem-
pestates cum suis similibus si reperiantur
quem ego penes me habeo repertum in
quadam parrochia visitationis meę qui
incipit sic. In nomine domini nostri Iesu
Christi ad saluādū fructū terre † Christi
† Christi: sed fortiter descendisti ad
terram &c. Nam re vera inter bonas in-
uocationes plurima continet verba su-
specta & scandalosa: & ad inuocatio-
nem demonū expressam vel subintelle-
ctam pertinentia contra primam condi-
tionem superius positam per sanctū Tho-
mam: verba obscura suspecta & ignota.

contra secundam: verba etiam continen-
 tia falsitatem contra tertiam: & sic de a-
 liis: quibus superstitionibus & mendaciis
 ferè totus hic libellus plenus est. Nam
 in secundo folio dicitur. Dominus dicit.
 pax in celo: pax in terra: pax sit in isto: al-
 leon: irastem: drachon: salus tibi Deus
 magnus: Deus mirabilis: & infra. Con-
 iuro te: alligo te per elim: per olin: & per
 faboan: per elion: per adonay: per alle-
 luya: per tanti: per archabulon: per te-
 tragrammaton: per mare: per mūdū: per
 crura: per tibias: &c. & infra. Sed suis
 alligati & constricti per ista sancta nomi-
 na Dei Alleluya: hir: elli: habet: sat: mi: fi-
 lis: gię: adrotii: gūdi: tat: chamiteram: dā:
 yrida: fat: sathan. de lxx. Deus Agnus.
 omnipotens. Iesus Christus. aquila &c.
 Nūc autem oro quid sibi volūt ista nomi-
 na alleon: irastem: & drachon: & sathan
 &c. Inter nomen benedictū Iesum &
 adonay & tetragrammaton. Nam se-
 cū dum Apostolū. ii. ad Corin. vi. Non

TRACTATUS

est communicatio lucis ad tenebras : & Christi ad belial. Nonne sathanas transfurat se in Angelū lucis : vt dicitur. ii. ad Chor. xi. Sūt & alia nomina in hoc libello longe obscuriora & suspectiora quę scribere omitto properans ad falsitatem quandam & manifestam superstitionem circa finem libri: vt dicit sic. Coniuro te sabella quę faciem habes mulieris & renes piscis : caput tenens in nube & pedes in mari septem ventos baiulas: de monibus imperas. Adiuro te sabella per ista nomina per balestaco: per ariona. & adiuro vos ductores ventorū per Deum patrem &c. & infra. Sabella sabella alta & excelsa: ventū validū contra illas quas de terminis nostris eiiciat. Ex quibus patet quod non solum ex verbis istis ignotis timendum est in hoc tractatu esse multa suspecta & scandalosa verba. Verum etiam ex inuocatione huius monstri sabella apparere multa falsa & superstitiosa: immo pernitiōsa & piarum au-

ium offensua. vt enim dicit Aug. in libro contra mendacium : maxime pernitiosum est quod fit in his quę ad Christianam Religionem pertinet . est autem mendacium cum aliquis exterius significet contrarium veritati . est autem contrarium veritati adiurare sabellam : veritati inquit non solum physice : sed etiam theologicę : physice patet . Nam nihil tali reperiri potest inter res naturales quę sub certis generibus & speciebus determinatis continentur . Nam secundum philoso. ii. de anima . Omnium natura constantium positus est terminus & ratio magnitudinis & augmenti : & hoc ab anima . Vnde cum vnunquodque animalium habeat suam propriam speciem & quantitatem & operationem . Si ergo istud monstrum habeat caput in nubibus : & pedes in mari : attingat à mari vsq; ad nubes : ergo nõ cõnumerabitur inter res naturales per regulam supradictam . Repugnat etiam

TRACTATUS

veritati theologicę tale quid esse : quia
 omnia creata in rerú natura à Deo cre-
 ata sunt & in quantum hæc sunt bona.
 Gen. i. Vidit Deus cuncta quę fecerat & e-
 rant valde bona. Ratio aut boni confi-
 stit in modo specie & ordine quę perti-
 nent ad rationem cuiuslibet speciei ; vt
 dicit sc̄us Thom. i. parte. q. viii. ar. v. per
 modũ autem significatur determinatio
 siue commensuratio principiorũ siue ma-
 teriarum seu efficientium ipsam . ipsa
 autem forma significatur per speciem ;
 quia per formam vnũquodq; in specie
 constituitur ; ad formam autem conse-
 quitur inclinatio ad finem aut ad actio-
 nem ; aut ad aliquid huiusmodi ; & hoc
 pertinet ad ordinem. Vnde ratio boni
 secũdũ quod consistit in perfectione con-
 sistit etiam in modo specie & ordine. i.
 res inquam est perfecta & bona & à Deo
 creata & naturalis siue corporea requi-
 ritur quod habeat principia essentia. i.
 materiam determinatam in ordine ad
 formam

formam determinatam quę dat esse rei
 & per quam ponatur indeterminata spe-
 cie : & per consequens habeat propriam
 operationem ; sed nil eorum est in hoc
 monstro fabella : ergo in eo nullū bonū
 est : & per consequens non est à Deo .
 Patet quia in eadem questione vt indu-
 cit beatus Thomas Augustinum in libro
 de natura boni : hęc tria modus/species/
 & ordo tanquam generalia bona sunt ī
 rebus à Deo factis : quod hęc tria vbi ma-
 gna sunt magna bona sunt, vbi parua sūt
 parua bona sunt . vbi nulla nullū bonū
 est : ergo à Deo non est tale monstrum
 in rebus naturalibus : sed nec erit Deus
 vel Angelus : non Deus : quia nephas est
 Deo tales formas attribuere : quia Deus
 spiritus est . Io. iiii. Cum ergo blasphe-
 mū sit attribuere Deo talem effigiem :
 non ergo esset in spiritu & veritate in-
 uocare Deum : sed in manifesta falsitate.
 Sed neq; Angelus bonus potest esse fa-
 bella : quia nihil monstruosum est in eo :

TRACTATUS

sed totus pulcherrimus & in naturalibus & in gratuitis. Nec vnquam ad suam operationem legitur accepisse tales formas monstruosas: ergo relinquitur quod talis inuocatio sit ad principem demonũ; quia etiam demonibus potest imperare: vt dicit magister in.ii.seminarũ.dist.vi.c.iiii.quamdiu inquit durat mũdus: Angeli Angelis demones demonibus: homines hominibus p̄sunt. Relinquitur ergo quod tam ex parte nominũ ignotorũ quam ex falsitate inuocationis huius sabelle cũ ista nomina sint suspecta & scandalosa & secũdũ Chrysostomũ euitanda & cauenda. quod vbi cũq; similis libellus coniurationis reperitur est iure damnandus & igni tradendus tanquam superstitiosus suspectus & scandalosus: quod si reperiantur talia nomina in Hẽbraicis nominibus nos veri Christiani non vtimur talibus terminis in Ecclesia. Immo magis est suspi candũ cũ & ipsi Hẽbrei neflandi & ma

lesci vt plurimú sint & non solum ipsi :
sed & quidam noui Christiani ex ipsis
ad fidem conuersi pro magna parte in
Hispania infideles heretici & apostate à
fide nostris temporibus reperti sunt .
Non enim desunt nobis coniuria sancta
& honesta & catholica, approbata per
consilia prouincialia & synodalia: qua-
lia sunt in nostra diocesi absq; suspicio-
ne aliqua : in quibus nihil continetur
nisi sanctú & catholicú . Neque in eis
vnú nomen reperitur ignotú : sed in-
uocatio solum sanctissime trinitatis &
sanctorum . Neque obstat si aliquando
inuocetur nomen trinitatis & misce-
antur aliqua nomina sancta inter istas
superstitiones : quia etiam frequenter
multa inueniuntur obseruari in artibus magi-
cis & fortilegis & superstitionibus que
sunt sancta & honesta: vt ieiunare: castú esse: di-
cere Pater. no. & Euágelium: quia vt dicit
Ioá. gerson in suo prologo astrologie the-
ologizate quod superstitio tanto peior est

TRACTATUS

quanto plura miscentur bona : quoniam unde deberet honorari Deus : honoratur diabolus .

Quod superstitiosæ suspectæ & scandalosæ sunt quedam scedule sine nomine nūcupatę : datę quibusdam superstitiosis quarū forma ponitur .

Similiter superstitiosę & spectę & scandalosę sunt quedam scedule sine nomine appellatę quę dantur à quibusdam superstitiosis de quibus aliquę peruenērūt ad manus meas sub hac serie ✠ on ✠ coriscion ✠ matatron Caladafō : Corobam : Ozcozo : Vriel : vriel : Yofiel : yofiel : Michael : Azariel : Raphael : Daniel : Ya : Ya : Vba : Adonay : Sabaoth : Heloim : & similia : & ratio est primo propter auctoritatem Chrysostomi dicentis quod non debemus vti nominibus ignotis : quia talia metuenda sunt : ne sub illis sit aliquod superstitio-

sum latens vt supradictū est : nam hoc Paulus intelligit cum dixit ad discipulū . Prima ad Thimo . viii . Prophanas vocum nouitatis deuita . Qualiter verba sacra possunt deferri quinque cōditionibus seruatis : dictū est supra : quod si dicas sunt nomina gręca & sacra . dico tibi quod nos latini ignorantes linguam gręcam non debemus vti eis propter suspicionē non enim desunt nobis termini latini sermonis vt queramus nobis terminos gręcos & suspectos in tali materia . Eadem ratione videri meo sunt reprobanda quędam breuiola sine nomine nūcupata quę data fuerūt olim contra febres à quodam nebulone quęstore : quarū forma talis erat . Ananifapta ferit mortem quę ledere querit . Est mala mors capta dū dicitur ananifapta . Ananifapta Dei miserere mei : à signis cęli quę timent gentes . nolite timere : quia ego vobiscū sum dicit dominus . Nam in principio apparet falsitas : quia vbicūq; ista di-

TRACTATUS

Quid ananiasapta reperitur in vocabulariis
 sunt isti duo versiculi. Ananiasapta ferit
 mortem que ledere querit. Est mala
 mors capta dum dicitur ananiasapta: ana-
 niasapta autem ut dicit Guarinus mala
 mors interpretatur: & quolibet littera
 representat unam dictionem secundum an-
 tidotum: nazareni: auferat: necem: in-
 toxicationis: sanctificet: alimenta: po-
 cula: trinitas: alma. Est ergo sensus
 primi versiculi. Ananiasapta .i. mala
 mors Christi ex suo genere vel ex parte
 iudicorum pretiosa, ex parte Dei & fructus
 redemptionis ferit mortem .i. diabolum
 que ledere querit, nam mortem nostram
 moriendo destruxit Christus: non ergo
 primus versiculus ille sedularum concor-
 dat in forma verborum nec in sensu cum i-
 sto versiculo vero hic exposito immo ha-
 bet contrarium sensum & verba ut patet
 intuenti. Sunt etiam suspecte ille sedu-
 le ex parte dantis. nam erat ille homo
 apostata a Religione fratrum minorum nunc

N.

sub habitu canonici regularis: nūc sub habitu sancti Anthonii prædicando incedens. nam vt dicitur prouerbiorum. vi. Homo apostata vir inutilis graditur ore peruerso. Ex quibus sequitur quod quæcūq; similes sedule quæ à similibus vel aliis idiotis hominibus traduntur deberent magna cū diligentia prius à sapientibus examinari. Similiter dicit Guillelmus lugdunen. quod illa breuia quæ continent huiusmodi verba si quis portauerit hoc nō peribit in igne vel aqua: non morietur morte subitanea vel peste: vel consequetur tale bonū: talia sunt reprobanda: & non portanda: & peccant facientes & vtentes: consulentes & vedētes: quia catholica fides nullatenus debet admittere similes traditiones & superstitiones quæ dicuntur noīe suspēse ad collū: nisi de cōsilio maiorū & sapientium quibus credere debemus: nō indoctis & impiis idolātris nō hominibus datis in reprobū sensum.

TRACTATUS

Quod sunt quædam species aliæ super-
 stitionū videlicet phitōnū & malefi-
 corū : & diuinorū : & qui sūt diuini phi-
 tōnes & malefici & vnde pro-
 uenit eorū diuinatio.

SVnt & alię species superstitionū vide-
 licet phitōnū & maleficorū quibus
 pro cholor hac nostra tēpestate to-
 tū hoc regnū plenum est : phitōnes enim
 à phitōne apolline dicti sunt : quę dice-
 bāt esse auctor em diuinandi : vt Isidorus
 dicit .viii.li. et h̄mologiarū. Diuini enim
 dicūtur quasi dii pleni . Diuinitate enim
 se plenos simulant . & astutia quadam
 fraudulentie hominibus futura conie-
 ctant. Vnde diuinatio est vna species su-
 perstitionis per quam quis aut occulta
 aut futura inuestigare nititur per pacta
 aut occulta aut manifesta cum dēmoni-
 bus . & hęc diuinatio habet plures speci-
 es quas tangit beat⁹ Thomas .ii.ii.q.xcv.
 ar.iii.vbi dicit . Omnis diuinatio vtitur

ad præcognitionem futuri euentus aliquo demonũ consilio vel auxilio: quod quidem vel expresse imploratur: vel præter intentionem hominis se occulte demon ingerit ad prænũciandũ futura quædam quæ hominibus sunt ignota: eis autem cognita. Demones enim expresse inuocati solent futura prænũciare multipliciter. aliquando prestigiosis quibusdam apparitionibus aspectui hominum ingerentes ad pronũciandum futura: & hæc species vocatur prestigium ex eo quod oculi hominum præstringantur. In secundo ar. præcedenti dicit quod omnis diuinitio ex operatione demonum prouenit. vel quia expresse demones inuocantur ad futura manifestanda; vel quia demones ingerunt se vanis inquisitionibus futororum; vt mentes hominum implicentur. de qua vanitate dicitur in Psalmo. Non respexit in vanitates & insanias falsas. Hæc ex dictis sancti Thome.

TRACTATUS

Quod nigromāntici phitōnes & prestigiosi sint hi ad quos populares concurrūt vt futura agnoscant vel aut perdita sibi restituantur & quod isti semper miscere conantur sancta inter suas superstitiones & hoc instinctu demonum.

EX quibus inferri potest quod prestigiosi & phitōnes & nigromantici sunt isti ad quos quotidie populus stultus & insipiens concurrit vt futura cognoscat vel aut perdita sibi restituantur : quibus sūt vt comuniter dicitur. Apparitiones demonū in *hialis* fibulis, vel anulis vbi veniūt inuocati ad futura predictanda vel ablata manifestanda : Et vt fertur isti arioli semper miscere conantur sancta inter suas superstitiones vt attestantur hi simplices qui ad ipsos concurrūt. Nam & infelices ipsi eodem die quo similia nephanda perpetrare non verentur sacrificium eucharistie ce-

lebrare infeliciter audent: quod probat magister Ioan. nider dicens in suo preceptorio. Malefici instrumenta sue malicie per sacramenta Ecclesie vel per alia diuina tangere procurant: vt filum trahendo per crisma sanctum: imaginem terream sub pala altaris ad tempus ponendo & similia faciendo. Nam sacramento eucharistie vt fertur viuuntur in suis maleficiis & plurima alia nephanda committunt miscentes res sanctas suis superstitionibus: sed ex instinctu demonis ista fiunt triplici de causa: vt ponit idem doctor. Primo vt non solum homines per talia perfidi fiant: sed etiam sacrilegi diuina quantum in eis est contaminando vt magis creatorem suum offendant & intimius animas proprias condemnent & plures in peccata ruere faciant. Secundo vt Deus sit grauiter offensus per homines secundum beati Augustini sententiam. Demoniam iorem potestate in hoies malos tribuat:

TRACTATVS

quibus Deus concedit iratus quod denegaret propitius. Tertio vt sic sub specie boni apparentis plures simplices facilius recipiant; qui tacta diuinis rebus & orationibus à Deo putant etiam aliquid numinis obtulisse; vbi solum maiora peccata sunt commissa; hæc ille. In aliis autem superstitionibus que fiunt ab istis ruralibus; & si demones non expresse inuocentur vt in proposita questione & similibus. interserunt tamen se vanis actibus & superstitiosis vt mentes hominum decipiantur.

Quæritur vnde dæmones sciant futura interdum & vnde tam miros effectus facere possunt; assignantur cause.

Sed queritur ex quo isti phitones & diuini manifestant occulta aut futura; & hoc ex pacto inito cū demone. Vnde & quibus ex causis demo-

nes sciant futura interdū ; & vnde tam
 miros effectus possunt cū Deus permittit
 efficere . Ad quam respondet Augusti-
 nus de natura demonū assignando sep-
 tem causas sententialiter : non quod fu-
 tura contingentia sciant ; quia hoc so-
 lius dei est ; sed coniecturant probabili-
 ter . Prima ; quia licet sint obtenebra-
 ti per priuationem luminis gratiæ . Sūt
 tamen lucidi lumine intellectualis natu-
 re . Secūda plura sciūt quam nos pro-
 pter experientiam temporū . Tertia
 propter celeritatem motus . demones
 multa futura predicere possunt que ho-
 minibus latent . Quarta sua potentia ;
 cū deus permittit possunt morbos im-
 mittere ; & hos prædicere . Quinta per
 signa futura possunt prædicere subtilius
 quam medicus videndo pulsum & vri-
 nam . Nam sicut medicus videt per sig-
 na aliquid in infirmo quod homo sim-
 plex non videt . Ita & demon quod nul-
 lus homo naturaliter videt . Sexta ; ex

TRACTATUS.

signis, quę procedunt ab animo hominis, coniecturant ea quę sunt vel erunt in anima astutius prudenti viro. Sciunt enim qui instinctus eorum sunt similiter secuturi. Septima: acta & scripta prophetarum noscunt: ex quibus futura predicere possunt. Et hæc tangitur. xxvi. q. iiii. c. sciendum. in glossa. Et ut dicit sanctus Thomas ubi supra Homines in seipsis effectus considerare possunt solum dum sunt presentes, sicut homo videt sortem currere vel ambulare: sed considerare huiusmodi in seipsis antequam fiant est Dei proprium qui solus in sua eternitate videt ea quę futura sunt quasi presentia. unde dicitur Esaię. xli. Annunciate quę ventura sunt in futurum sciemus: quia dii estis vos. Si quis huiusmodi futura prænunciare aut præcognoscere quocumque modo præsumperit: nisi Deo reuelante manifeste usurpat sibi quod Dei est.

Vnde diuini dicuntur & diuinationo
quam graue sit peccatum.

ET ex hoc aliqui diuini dicuntur vt
dicit Isidorus in libro etymolo-
giarum vt supra notatum est. Di-
uinationo autem quantum sit peccatum o-
stendit sanctus Thomas libro & questio-
ne supra dicta. ar. iiii. Primo auctoritate
que scribitur Deutero. xviii. vbi dicitur.
Non inuenitur in te qui ariolos sciscite-
tur: & phitones consulat, Ratione pro-
bat sic. Omnis diuinationo que fit per in-
cantationes demonum est illicita dupli-
ci ratione. Quarum prima sumitur ex
parte principii diuinationis quod est pa-
ctum expresse cum demone initum per ip-
sam demonis iuocationem: & hoc est om-
nino illicitum. Vnde contra quosdam di-
citur Esaye. xxviii. Percussimus sedus cum
morte: & cum inferno fecimus pactum: &
adhuc grauius esset si sacrificium vel re-
uerentia demoni iuocato exhiberetur.

TRACTATUS

Alia ratio sumitur ex parte futuri euen-
tus; dēmon enim qui intendit perditio-
ni hominum ex huiusmodi suis respon-
sis etiam si aliquando vera dicat, inten-
dit homines assuefacere ad hoc quod ei
credatur: & sic intendit perducere in
aliquid quod sit saluti humane nociuū.
Vnde Anastasius exponens illud quod ha-
betur Lucę.iiii. Increpauit illum dicens.
Obmutesce: quamuis illa fateretur dē-
mon compeſcebat Christus eius sermo-
nem ne simul cum veritate etiam suam
iniquitatem promulget vt nos etiam as-
suefaciat ne curemus de talibus: etiam
si vera loqui videantur. Nephis enim
est vt cum aſſit nobis scriptura di-
uina à diabolo instruamur, hæc
beatus Thomas. vnde.ii.q.
viii. Episcopi, à diabolo ca-
ptiui tenentur, qui re-
lictis creatore à dia-
bolo auxiliū que-
runt.

Quod

Quod phitones isti & nigromantici
sunt apostate à fide & qui ad eos concur-
runt pro remediis rerum perditarum
& aliis huiusmodi sunt super-
stitiosi & claudicant
à fide.

EX quibus colligitur quod cum phi-
tones isti & nigromantici qui nunc
vigent in hoc regno qui expresse
demonas inuocant ad futura manifestan-
da: & alios effectus exercendos sunt a-
postate à fide. Ut dicit sanctus Thomas
in secundo sententiarum. d. vii. q. xliii. ar. ii.
similiter & qui ad eos concurrunt pro ac-
quirendis remediis rerum predictarum &
infirmis & sanandis: vel ad cognoscen-
da aliqua futura & qui pluuiam vel alias
necessitates corporales obtinere procu-
rant per superstitionas obseruantias:
sunt etiam supersticiosi & claudicant in fi-
de catholica. Sicut enim vera fides me-
retur dotari miraculis dum opus est ad
f

TRACTATUS

edificationem. Ita falsa fides portentis
& figmentis in sui dannationem: vel a-
liorum probationem demeretur illud
peccant etiam mortaliter: quia faciunt
contra primum preceptum: & etiam
expresse prohibetur. Deutero. xviii.
Non sit qui phitones consulat neque di-
uinos. Hi enim qui phitones consulunt
credunt per illum actum realiter assequi
quod intendunt: puta alicuius furti re-
velationem vel futuri euentus preco-
gnitionem pluuiam vel alicuius amoris
adeptionem. Certum est quod qui ta-
lia credunt consequi per actum illum de-
ceptum quod credant illum actum ali-
quid existere diuini numinis: & tunc ta-
lis fidem abnegat ut habetur per Augu-
stinum. xxvii. q. vii. non obseruabitis vbi
enumeratis multis superstitionibus: sic
concludit qui hanc & quascunque obser-
uationes: aut facta: aut auguria obser-
uat: aut attendit: aut consentit ob-
seruantibus: aut talibus credit: aut ad

domum eorum vadit : aut in suam domum introducit : aut interrogat sciat se fidem Christianam : aut baptismum preuaricasse & vt paganū & apostatam & Dei inimicum : iram Dei in eternum grauiter incurrere nisi Ecclesie penitentia emendatus & Deo reconcilietur .

Quod malefici magi incantatores & diuini & nigromantici pro eodem supponūt immo verius idem significant communiter .

NVnc vero dicendū est de maleficis quibusdam presuppositis primū : quòd malefici & magi & incantatores & diuinatores pro eodē accipiuntur cōiter. xxvi. q. iiii. ergo & .q. v. si quis . Malefici enī sūt vt dicit magister Iohānes nider in suo preceptorio. c. ix. qui nitūtur mutare corpora à sanitate certa/gēerationē impedire/aīmā ad amorē vel odiū cōcitate : & his similia sicut dicit Isidor⁹ . viii. ethimologiarū . c. xviii. Malefici dicuntur

ob facinorū magnitudinem ; hi elemen-
ta concutiūt ; & turbant mentes homi-
num & sine vllō veneni ausu violentia
tamen carminis interimunt.

Quod malefici dæmone operante
possunt suis maleficiis & incantationi-
bus veraciter homines lēdere : agros &
fructus eorū deuastare. & in quibus
dēmones possunt homines
specialiter lēdere Deo
permittente .

Pro cuius maiori declaratione no-
tandum . Primo vtrum malefici
possint veraciter suis malificiis &
incantationibus homines lēdere, agros
& fructus eorū deuastare & si sic, quibus
modis . Ad quam questionem respon-
dent doctores theologi : quod malefici
omnibus istis modis possunt procurare
lēiones in hominibus & eorū rebus co-
operante dēmone . In quibus potest dē-

mon solū ledere & decipere principaliter : & malefici instrumentaliter vel ministerialiter : quia vt dicit sanctus Thomas in .iiii. di. xxxiiii. ar. iii. maleficia vere sūt à demonibus non apparenter : tamen & qui inducūt eos ad hoc malefici vocantur . Possunt enim demones Deo permittente grauitè homines ledere : & hoc quintupliciter vt dicit magister Iohannes nider in suo præceptorio. præcepto primo. c. xi. videlicet in rebus : fama : corpore : vsu rationis : & vita . De rebus patet Iob. i. & .ii. Cui pecora, domū, abstulit & liberos . De fama patet in legenda beati Hieronimi originaliter. iii. parte epistolarū. tractatu. xv. epistola. lxxxvi. ca. iii. quod diabolus se transformauit in formam sancti Siluani episcopi in nazareth amatoris sancti Hieronymi . Qui demon feminam nobilem nocte in lecto precari & prouocare cepit ad luxuriam verbis & inde factis sollicitauit ad malum quæ cum clamaret demon in

TRACTATUS

specie episcopi : statim sub lecto se abscondit vbi requisitus inuentus per luxuriosa verba se mentitus est esse episcopum Siluanum : in crastinum autem sanctus vir disparente diabolo diffamatus est grauissime quia infamia tandem circa sepulchrum sancti Hieronymi fatente diabolo in possessio corpore purgatus est. De corpore patet in beato Iob : qui percussus est à diabolo vlcere pessimo. Iob. ii. De nocumento vsus rationis & vexatione interiorum sensuum : patet in possessis & arreptis per Euangelicas etiam historias. De morte & quod vita etiam quosdam priuet : patet Tobie. ii. de septem viris virginis sarę occisis propter luxuriosum & effrenem appetitum in virginem Saram qui eiusdem non erant digni matrimonio.

Hęc nider : sed quibus modis ledant.

Quod maleficatus à dæmonio impeditur ab actu coniugali secūdū petitionē sortilege mulieris & maleficę.

Dicit sanctus Bonaventura in .iiii. di. xxxiiii. ar. ii. q. ii. in responsione ultimi argumenti loquendo de impedimento matrimonii per maleficium dicit quod talis impeditus dæmonio impeditur quod absistit & se obicit secūdū petitionem sortilege mulieris & maleficę. Impetrante hoc merito infidelitatis sicut fides impetrat vt Deus adstat ad facienda miracula ; sic sortitaria respectu personę determinate facit sortilegium ; quia diabolus in actu illo preesto est ; & tunc vel propria virtute ; vel per herbam ; vel per lapidem ; vel naturam occultam vim impedit ; ne in actum exeat non respectu alterius mulieris ; quia ad hoc inuitatus fuit ; aut quia Deus non permittit. Occultū enim Dei iudiciū hic latet ; sicut

TRACTATVS

patet in vxore Thobie ; hęc ille . Sed quare potestas maleficorū permittitur demonibus in actū generatiue potentię ; potius quam in aliis . Respondet sanctus Thomas in .iiii. dist. xxxiiii. ar. iiii. ad primum ; quia per eam peccatum originale transfunditur .

Quod herba & lapis & alia huiusmodi quibus vtitur malefica nullam vim habent ad effectum maleficii quantum est de se ; sed vtitur his maleficus tanquam signis patenti initi cū demone .

At tende tamen quod herba ; vel lapis ; vel alia huiusmodi nullam vim habent ad effectum malefici quantum est de se ; vt dicit sanctus Thomas .i. parte .q. cxv. ar. v. ad .iii. allegans Augustinū .xxi. de ciuitate Dei . quod demones alliciuntur per varia genera lapidū ; herbarū ; lignorū ; animalium ; car-

minū : ritū : non vt animalia cibis : sed vt spiritus signis inquantū si hęc eis exhibentur in signū diuini honoris cuius ipsi sunt cupidi . His ergo rebus vtitur maleficus vel malefica instinctu dęmonis per pactū inuocationis tacite vel expresse vel ad infamandū creaturas Dei : que de se bonę sunt : vel ad maiorem credulitatem & deceptionem fidei animarum hominū perditorū qui his & aliis vtuntur ad dęmonū inuocationem : non igitur vtitur maleficus immo verius dęmō huiusmodi tanquam rebus efficacioribus ad tale maleficiū : sed tanquam signis pacti illius inter se & ipsum maleficum quem iam vt suum cultorem possidet tanquam hęreticum & à fide alienum .

Quod inientes pactum cum dęmonibus tacitum vel expressum sunt idolatre hęretici & alieni à catholica fide .

Quòd autem isti sint heretici est
 articulus de erroribus circa ar-
 tem magicam quod inire pactum
 cum demonibus tacitum vel expressum
 non sit idolatria vel species idolatrie &
 apostasie. Error. & intendimus pactum
 esse implicitum in omni obseruatione
 superstitiosa : cuius effectus non debet à
 Deo vel natura expectari rationabiliter.
 Vnde talia exercens idolatra est : quia
 inter alios articulos de erroribus circa
 artem magicam quos ponit Gerson.
 quartus in ordine est quod per artes ma-
 gicas demones in lapidibus anulis : aut
 speculis : aut imaginibus nomine eorum
 consecratis : vel potius execratis indu-
 cere : cogere : vel arcere : vel eas velle
 viuificare non sit idolatria. Error. &
 articulus .xix. quòd sanguis vpupę vel he-
 di : vel alterius animalis : vel pergame-
 num virgineum : aut corium leonis & si-
 milia habeant efficaciam ad expellendū
 demones ministerio huiusmodi artium.

Error. Intellige hoc vt sunt res : quia vt sic sunt & bonę à Deo sunt : sed vt dictū est vtitur his maleficus vt signo inuocati demōnis tacite vel expresse : & quod dico de his rebus intelligo de cāctēribus quibus sēpissime vtuntur in suis superstitionibus .

Quod vbi per maleficiū concubitus non sequitur vel alterius alicuius malefici effectus nō ad nigromāticos : sed ad Deū ē recurrēdū pro solutiōis remedio .

At tēde tamen quod vbi per maleficiū Deo permittente occulto iudicio : & diabolo procurante concubitus non sequitur inter coniugatos vel alicuius alterius malefici effectus apparet . nō ad magos & nigromāticos & fortilegos est recurrēdū pro solutione & remedio vt ī hac nostra tēpstate ad quosdā nephādos sacerdotes passim isti vulgares cōcurrere nō verentur .

TRACTATVS

Sed ad Deum per humilem confessionem & deuotam orationem. Vt habetur. xxxiii. q. i. c. vltimo. & Gerson de erroribus. circa artem magicam inter quosdam articulos Parisiis declaratos, ponit quintum in ordine dicens quod licitum sit magicis artibus vel aliis quibusdam superstitionibus à Deo aut ab Ecclesia prohibitis aliqua facere pro quocunque bono fine. Error. Quia secundum Apostolum. Non sunt facienda mala vt bona eueniant. ar. vi. quòd licitum sit etiam promittendum maleficia maleficiis repellere. Error. & de hoc habes exemplum in legenda beati Iacobi qualiter soluit filetum à vinculis quibus hermogenes maleficus eum arctarat: cum non per incantationem: sed virtute illius oraculi: scilicet Dominus soluit cõpeditos: Dominus illuminat cecos. Dominus erexit elisos &c. Cuius contrarium fecit Saul: vt habet. i. Reg. xxviii. vbi dicit quòd Saul phitonisam con-

fuluerit : nec sperauerat in domino : propter quòd interfecit eum & transtulit regnum eius ad Dauid. Sed magister Iohannes nider precepto .i. c. x. mouens questionem an licitum sit talia maleficia tollere : qui respòdet sub distinctione còformiter ad doctores quòd aut tolli possunt sine superstitiosis modis vt per licitū exorcismū : aut per orationem vel per intercessionem sanctorū : vel per sacramentalem malefici confessionem : vel per precisam ostensionem seu indicationem alicuius qui scit vbi est imago : vel per solū motū localem vel modo congruo. similiter & sic est licitū, aut non potest tolli nisi per superstitiosum modum vel per noua maleficiorū opera : & sic est illicitū per auctoritatem Apostoli supradictam : non sunt facienda mala &c. Hęc ille .

Qđ & si nigromāntici & malefici aliquādo vera dicāt sepi⁹ tamē fallūt, metiūtur, quare ad illos non est concurrēdū .

Quare autem ad predictos nigro-
 maticos sacrilegos & diuinos nul-
 lus debet concurrere vltra hec
 quod peccant mortaliter & participes
 efficiuntur culpe & damnationis ipsorum.
 Ratio est: quia ipsi & si Deo permitten-
 te aliquando vera dicunt: eorum tamen te-
 stimonio non est utendum: quia sepius fal-
 lunt & mentiuntur. Patet quoniam in spi-
 ritu veritatis falsitas non est: in spiritu
 autem mendacii plurimę quandoq; sunt
 veritates vt vnica latente falsitate decipi-
 at; vt dicit Gerson de probatione spiri-
 tuu. hac ratione (inquit) prohibuerunt a
 testimonio veritatis quam fatebantur;
 & Christus demoniacos; & Paulus phi-
 tonisam. Actuu. xviii. Et alibi theologi-
 zat aliquando demon (ait thimacus vt
 patet in Euangeliiis) etiam coram Iesu
 que temptare presumpsit & dicere scriptu
 est. Angelis Deus mandauit de te. Et
 nihilominus prohibuit eum Christus vt di-
 • ctu est ne testimoniū quamtūlibet in su-

perficie verū acciperetur à demoniacis
 vel phitōnibus vel magicis maledictis.
 Nam quę communicatio lucis ad tenebras
 & Christi ad belial vt dicitur. ii. ad The.
 vi. Ratio prima; quia isti phitōnes & ni-
 gromantici sunt excommunicati. Secūda;
 quia nullū verū bono fine dicūt. Tertia;
 quia continuo aut tandem falsitatem in-
 gerēt & simile prēmiserint veritati.
 Non est enim doctrina fallens quę vera
 non misceat; tecūdū Bedam. Scien-
 dū tamen est quod aliud est inuocare de-
 monem ad aliquid sciendū vel agendum
 ab eo (quod nūquam licet) Aliud est ab
 ipso non inuocato occurrente aliquid
 inquirere propter vtilitatem aliorū; &
 maxime quando virtute diuina potest co-
 gi ad dicendū aliqua vera sicut aliquan-
 do fecerunt plures sancti.

Quod actus ille submersionis ima-
 ginum & reliquiarum est sacrilegiū
 & quid sit sacrilegium.

Sequitur nūc qualiter actus ille : sci-
 licet submergendi imaginem sancti
 Petri sit sacrilegiū ? Nam vt dicit
 sanctus Thomas. ii. ii. q. xcix. arti. i. Sacri-
 legiū est sacre rei violatio. i. sacre rei le-
 sio : & probat sic sacrū dicitur aliquid ex
 eo quod ad diuinū cultū ordinatur . Si-
 cut autem ex eo quod aliquid ordinatur
 in finem bonū sortitur rationem boni .
 Ita etiam ex hoc quod aliquid deputa-
 tur ad cultū Dei efficitur quoddam diui-
 nū . Et sic ei quēdam reuerentia debe-
 tur quę refertur in Deum. & ideo omne
 illud quod ad irreuerentiam rerum sa-
 crarū pertinet, ad iniuriam Dei perti-
 net : & habet sacrilegii rationem. Hęc
 ille . Sed quod talis submersio imaginis
 sit sacrilegiū probatur per ipsum ex ter-
 tio arti. vbi ponit quod species sacrilegii
 distinguitur secūdum res sacras : & quod
 sacrilegiū diuersos habet gradus secūdū
 differentiam rerum sacrarū locorum &
 personarum . Tanto enim sacrilegium
 est

est grauius quanto res sacra in qua peccatur maiorem obtinet sanctitatē inter res autem sacras summū locū obtinent sacramenta quibus homo sanctificatur quorū precipuū est eucharistię sacramentū quod continet ipsum Christum: & ideo sacrilegiū quod contra hoc sacramentū committitur grauiissimū est inter omnia. Post sacramenta autem secundū locum obtinent vasa consecrata ad sacramentorū susceptionem: & ipsę imagines sacrę & reliquie sanctorū quib⁹ quodammodo personę sanctorū venerantur vel dehonorantur. Hęc ille. Constat enim quod in illo dementissimo actu submersionis imaginis sancti Petri vel alterius cuiuscūq; maxime illudatur sanctus & dehonoratur: ergo committūt sacrilegiū & maxime illi qui prodolor dignissimo & preciosissimo sacramento eucharistię abutūtur ad suas superstitiones & sortilegia exercenda: vt compertū est illos nephandos phito-

TRACTATUS

nes & nigromanticos in suis maleficiis frequenter abuti. Est etiam speciale peccatum distinctum ab aliis vt idem doctor dicit ar. ii. prædicte questionis : quia in eo reperitur specialis ratio difformitatis : quia scilicet violatur res sacra per aliquam irreuerentiam & opponitur virtuti Religionis : ita quod ipsa irreuerentia & deordinatio, quæ fit, rei sacre, dicitur violatio. Sicut enim honor est in honorante nõ in eo qui honoratur : vt patet. i. ethicorũ. Ita irreuerentia est in eo qui irreuerenter se habet : quãuis etiam nihil noceat ei cui irreuerentiam prebet. Vnde etiam res sacra non violatur. Tamẽ quantũ est in ipso sacrilego violat eã. Sicut & purpura regale indumentũ facta honoratur & glorificatur. Et si quis hãc perforauerit morti dãnatur quasi cõtra regiã maiestatem agens : quãuis nihil agat in regiã personã secundũ Damascenũ. Ita si quis rẽ sacrã violet ex hoc ipso cõtra Deũ irreuerentiã facit : & sic per irreligiositatem peccat. Hęc ille.

Quod vera fides imagines assumit ad diuinum cultum in Ecclesia, non ut eis cultus patrie exhibeatur, excepta imagine Christi: sed quādam significationem.

Vera enim fides imagines quasdam assumit ad diuinum cultum in Ecclesia quas fideles adorant: & in tabernaculo erant imagines cherubin (ut legitur. Exodi. xxv. q) uamuis neq; in veteris legis tabernaculo seu templo neq; etiam nunc imagines constituuntur: ut eis cultus patrie exhibeatur: sed ad quandam significationem, ut per huiusmodi imagines mentibus hominum imprimatur & confirmetur fides de excellentia Angelorum & sanctorum. secus est de imagine Christi: cui ratioe diuinitatis latria debetur. Hęc sctūs Tho. ii. ii. q. cccxciiii. ar. ii. ad primū. Sed nūc ponere imagines Christi & sctōrū & adorare eas licet: quāuis nō ī veteri testamēto

TRACTATUS

vt idem doctor tenet in tertio sententia-
rú & hoc adoratione dulie tantú. vt pro-
bat. iiii. parte. q. xxv. ar. vi. de reliquis san-
ctorú : ergo faciens irreuerentiam ima-
gini facit similiter imaginato : quia vt
idem doctor tenet ar. ii. eiusdem questi-
onis. Damascenus introducit basiliú
dicenté imaginis honor ad prototypum
pertinet. i. exemplar.

Quod faciens irreuerentiam imagi-
ni facit etiam imaginato
per ipsam.

NAm vt idem doctor dicit. ii. ii. q.
lxxxi. ar. iiii. ad tertiu quamuis i-
maginibus non exhibetur Reli-
gionis cultus secúdu quod in seipsis con-
siderantur quasi res quedam scilicet de li-
gno & lapide : sed secúdu quod sunt i-
mages ducentes in Deum incarnatum
vel sanctos : motus autem qui est ad ima-
ginem prout est imago non consistit in

ipsa : sed tendit in id cuius est imago .
 Nam ex hoc quod imaginibus Christi
 exhibetur Religionis cultus non diuer-
 sificatur ratio latrie: nec virtus Religio-
 nis . Hęc ille . Si ergo suo modo ado-
 randi adoratione duliq; fit imaginibus
 sanctorū : quia eodem modo quo fertur
 quis in imaginem sancti honoris vel in-
 uocationis fit expresse vel interpretati-
 ue in ipsum sanctū : vnde cum meritum
 & actus Religionis consistat in hoc quod
 homo reuerenter se habeat ad res sa-
 cras . sic (vt idem doctor dicit in eodem
 libro . q . xcix . ar . iii .) peccatū sacrilegii in
 hoc consistit quod aliquis irreuerenter
 se habeat ad rem sacram . Debetur au-
 tem reuerentia imagini sacre ratione
 sanctitatis eius sancti cuius est imago . I-
 deo necesse est quod irreuerentia exhi-
 bita ipsi imagini tendat in irreuerenti-
 am & iniuriam ipsius sancti . Cuiusmo-
 di est actus ille de quo in proposito & a-
 liorum plurimorū in simili necessitate

TRACTATUS

irreuerenter & superstitiose baptisan-
tium imagines & reliquias sanctorum.

Quod triplex pœna est sacri- legorum.

Sed quę pœna sit phitonum sacrile-
gorũ ponit sanctus Thomas eodem
libro & questione supranominatis.
ar.iiii. Et est triplex. aliquando excom-
municatio. aliquando pecuniaria pœna:
aliquando decapitatio. Hoc intellige se-
cũdum gradus diuersos sacrilegii: vnde
secũdum eũdem doctorem excomunica-
tione vel pœna pecuniaria debent simi-
les arceri à talibus nephandis operibus
& in quo quis peccat per ea torqueatur:
vt dicitur Sapientię. xi. & hoc modo cõ-
ueniens pœna sacrilegi qui sacris iniuri-
am infert est excommunicatio per quam à
sacris arceatur: & quia pœnę quasi medi-
cinę quędam infligũtur: vt his territi ho-
mines à peccato desistant. Sacrilegus au.

tem qui sacra non veretur non sufficienter videtur à peccato arceri per hoc quod sacra ei interdiciuntur. de quibus non curat. Et ideo secundum leges humanas adhibetur pena capitalis. secundum vero Ecclesie instituta que mortem corporalem non infligunt: adhibetur pena pecuniaria vt saltem penis temporalibus homines à sacrilegiis reuocentur.

Quod illi submersores imaginum
& reliquiarum tentant Deum: &
quid sit tentare Deum.

DEinde dicendum est qualiter isti tentant Deum in suo actu: dicentes submergatur beati Petri imago si nobis apud Deum pluuiam in eminenti necessitate non impetrauerit. Pro quo notandum est quod vt dicit Thomas. ii. ii. q. xcviij. per totum. Deum tentat qui experimentum sumit seu explorat per sua verba vel facta de dei potentia: sapientia

TRACTATUS

pietate : & bonitate vel volūate . Dici-
 tur enim qui experimentū sumit seu ex-
 plorat tentare : quia tentare est experi-
 mentū de aliquo sumere : nullus experi-
 mentū sumit nisi de re ignota vel dubia .
 Ex quo patet quod omnis Deum tentans
 Deum ignorat vel dubitat de aliqua per-
 fectione eius quod semper est peccatum .
 Sumimus autem experimentū de aliquo :
 verbis & factis . verbis quidem vt experi-
 amur an sciat quod querimus vel possit :
 aut velit illū implere . Factis autem cū
 per ea quę facimus exploramus alterius
 prudentiam vel volūatem vel potenti-
 am . Vtrūq; horum contingit dupliciter
 vno quidem modo aperte : sicut cū quis
 tentatorem se profitetur sicut Sanson .
 Iudicum . xiiii . proposuit philisteis pro-
 blemata ad eos tentandū : alio modo in-
 sidiose & occulte sicut pharisei tenta-
 uerūt Christum : vt legitur Ma . x . quan-
 doq; vero interpretatiue : quando scili-
 cet si hoc non intendat : vt experimen-

tū sumat : id tamen agit vel dicit quod ad nihil aliud videtur ordinabile nisi ad experimentum sumendum. Si ergo isti Deum tentant in suo facto superstitioso & verbis & factis : non aperte sicut fanson : non insidiosse sicut pharisei : non expresse : sed quasi interpretatiue quia & si non intendūt experimentū de Deo expresse assumere : aliquid tamē in hoc petūt vel faciūt quod ad nihil aliud est utile vel ordinabile nisi ad probandum Dei potestatem : bonitatem : vel cognitionem. Nam prefigitur ibi terminus operandi ipsi diuine omnipotentie : prestituitur modus quo quasi compellatur operari ipsi diuine sapientie. statuitur etiam finis ipsi diuine bonitati & clementie. Nam quid aliud sonant illa verba si nobis apud Deum non impetrauerit pluuiam ex postulatam nisi tentare Deū dubitando de sua omnipotentia & prefigendo sibi terminum ad diuinam operationem de sua bonitate & clementia

TRACTATVS

que ex sola gratia prouenit velle per illicitos illos actus effectum attingere de sua sapientia prestituendo modum superstiosum quod quasi compellatur ad libitum eorum petitionem concedere. Non secundum ordinem sue sapientie que attingit a fine vsq; ad finem fortiter disponit omnia suauiter. Sapientie. viii. Scit etenim Deus vtrum expediens ipsis illud sit vel ne sed in quantum tempus miserendi Deo constituunt similes sunt illis de quibus dicitur Iudith. viii. Qui posuerunt terminum vt si transactus quinq; diebus Deus non miseretur eis traderent se & ciuitatem suam in manu Olofernis principis Assyriorum & quos reprehendebat Iudith inquit qui estis vos qui tentatis dominum non est (inquit) iste sermo qui misericordiam prouocet : sed potius qui iram excitet & furorem accendat. Posuistis (inquit) vos tempus miserationis diuine & in arbitrium vestrum diem constituistis. vnde glosa dicit super

hoc quod nec tempus nec modum prescribere domino debemus. magis arbitrio eius cuncta relinquamus. vnde quidam puerum in oratione sua dixisse legitur fili Dei sicut scis & sicut vis miserere mei. Sicut enim iudei illi quos reprehendit Iudith. grauiter pecauerunt presigentes Deo terminum miserationis. vt dicit Nicolaus de lyra. Ita & isti imaginum & reliquiarum submersores. vtrique enim visi sunt explorare diuina illicite: quod etiam probat factus Thomas. q. superius dicta. ar. ii. dicens quod talis tentatio est peccatum: quia prohibetur in lege Dei. Deuterono. vi. Nō tentabis dominū Deum tuū: & illud idem dominus cōtra diabolū Mat. iiii. Est etiā actus virtuti Religionis oppositus: quia vt dicit glo. super illud Psal. Et tētauerūt Deum in cordibus suis. tentare Deum est inordinate postulare. Sed debito modo postulare est actus Religionis: ergo tentare Deum est actus Religioni oppositus.

TRACTATUS

Confirmatur quia finis Religionis est Deo reuerentiam exhibere. Vnde omnia illa quę directe pertinent ad irreuerentiam Dei Religioni opponuntur. Manifestum est autem quod tentare aliquem ad irreuerentiam eius pertinet. Nullus enim pręsumit tentare eum de cuius excellentia certus est. Vnde manifestum est quod tentare Deum est peccatum Religioni oppositum.

Quod tentare Deum est grauissimum peccatum : non tamen grauius quam superstitio .

NAm ad Religionem pertinet protestari fidem per aliqua signa ad diuinam reuerentiam pertinentia : & ideo ad Religiositatem pertinet quod ex incertitudine fidei homo aliqua faciat quę ad diuinam irreuerentiam pertinent cuius est tentare Deum .

& ideo est irreligiositatis species & gra-
uissimum peccatum non tamen grauius
quam superstitio : vt idem sanctus Tho-
mas tenet in prædicta questione. ar. iiii. &
iiii. & dat rationem quia grauius peccat
superstitiosus & magis diuinę reueren-
tię aduersatur qui suo facto protestan-
tur errorem contra diuinam excellen-
tiam quam qui protestatur dubitationē
vt qui tentat Deum dubitauit de diui-
na excellentia : videlicet potentia : sa-
pientia : vel bonitate vt dictum est.

Quod illi submersores imaginum
scandalum committunt &
stulte agunt.

EX his enim supradictis apparet qua-
liter prædicti superstitiosi etiã scan-
dalū committunt : quia suis dictis
vel factis minus rectis. aliis præbent occa-
sionem ruine. Necessè est (inquit salua-
tor Marci. ix.) vt veniant scandala. Ne-

TRACTATVS

cessitas tamen hæc est consequentis non antecedentis, non enim est necessarium quod prædicti illos inordinatos actus faciant antecedenter sed necessario sequitur quod plures saltem idiotæ ex illo actu scandalizentur consequenter cum ad eorum exemplum alii similia agere intentent: in hoc etiam grauissime peccant (dicente Christo ibidem) Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. super quo Nicolaus de Lyra loquitur inquit saluator more palestinorum qui condemnatos ad mortem pro maiori crimine ligato saxo ad collum præcipitabant in mare: sensus est ergo, expedit &c. i. melius esset homini mori temporaliter quam ex malo exemplo suo facere alium ruere in peccatum mortale: quia ex hoc meretur mortem æternam quæ grauior est morte temporali. ex quibus infero quod melius esset

hos nephandos superstitiosos & nigromanticos huius regni per rigorosam inquisitionem punire quam quod per eos tot animę specialiter perirent & Deus tot plagas nobis infligeret. Stulte quoq; agunt per talia media superstitiosa diuinum querere auxilium. Nam quid stulti hoc actu submergendi imaginem in aqua & reliquias ad obtinendū pluuiam. quid infanlius quam alloqui imagini & protestari contra ipsam quę aures habet & nō audit : & oculos & non videt : vnde deridet spiritus sanctus vel is qui per spiritū sanctum loquitur. Sapie. viii. c. similes superstitiosos : cum dicit. Non erubescunt loqui cum illo qui est sine anima.

Quod sacrilegia & maleficia habēt
efficaciam ex quinq;.

Sed quoniam falsa credulitate præditi & similes per tales actus illicitos firmiter credunt infra certum

terminū obtinere pluuiā vel alios effe-
 ctus. Nūc restat declarare aliqua. Et
 primo vnde sortilegia & maleficia suū
 sortiūtur effectū. Ad quod respondet
 magister Iohannes nider in suo præcep-
 torio : præcepto .i. c. ix. quòd sortilegia
 & maleficia habent efficaciam ex quinq;.

Primo ex parua confidentia quam ho-
 mines habent in Deum : ideo permittit
 eos a dēmonibus impediri secūdū illud.
 Psalmus. cx. Quoniam in me sperauit &
 liberabo eū : scilicet iustū : & per argu-
 mentū à contrario sensu : qui non spe-
 rant in Deū dēmonis potestati relinquū-
 tur. **Secūdo** ex errore qui in homini-
 bus est cuius pene frequenter est effectus
 maleficii secūdū illud ad Rom. i. Cū co-
 gnouissent Deum non sicut deum glori-
 ficauerūt &c. & obscuratū est inspiens
 cor eorum. **Tertio** vt fides probetur
 bonorum secundum Aug. quod probat
 per illud Deutero. xiii. Si surrexerit in
 medio tui propheta : aut qui somnium
 se vidisse

se vidisse dicat & prædixerit signū aut
portentū & euenerit quod locutus est,
& dixerit tibi: eamus sequamurq; deos
alienos quos ignoras & seruiemus eis.
Non audias verba prophete illius aut
somniautoris: quia tentat vos dominus
Deus vt palam sciat an diligatis Deū an
non. Quarto propter pactū expressum
vel tacitū cū dēmonibus initū & socie-
tatem qualiter fit in omni superstitione
vt dicit Aug. de doctrina Christiana li-
bro. ii. quę societas (vt dicit) ab omni
penitus fugienda est Christiano. Quinto
ex desiderio diaboli qui conatur conti-
nuo decipere. i. Petri. v. Aduersarius vide-
tur diabolus tanquam leo rugiens cir-
cuit querens quem deuoret: cui resistite
fortes in fide, & c. xi. eiusdem præscripti
libri dicit iste doctor: & conformiter
ad sanctū Thomam in secūdo circa dist.
vii. & viii. & in. iiii. dist. xxxiiii. & com-
muniter secūdū omnes theologos ibi-
dem scribentes: quod malefici (procu-
h

TRACTATUS

rante demone omnibus istis modis possunt procurare lesiones in hominibus & eorum rebus cooperante demone quibus potest demō solū ledere & decipere.

Quod malefici non faciunt illos effectus immediate actione propria ; sed talia faciunt per demones ex pacto cum eis inito . & hoc permittente Deo ad aeternitatem & in penam eorum qui similibus vanitatibus nimium adherent .

Non enim fiunt illa maleficorum operatione propria & immediate ; sed talia fiunt per demones qui (visis maleficiis) immediate ex pacto dudum cum maleficis à principio mundi & tempore veris idolatrię habito sciunt qualem effectū debent ad intentionem maleficiorū procurare : vt exempli gratia . scopa quam maleficia intingit in a-

qua vt pluuiat non causat pluuiam : sed
demon talibus visis. qui (si Deus permise-
rit) potestatem habet in omnia corpora
lia & in aere & ventos & nubes & sta-
tim talia procurare & causare valet. ma-
ga siquidem dat signum per scopam. Sed
demon illud procurat & agit vt pluat
per demonis actionem cui magistra mala
fide & opere seruit & se tradidit obse-
quiis illius vel aliis si quando imaginem
terream vel caracteres vel simile aliquid
ad maleficandum aliquem maleficus fa-
cit vel aliquando maleficio alicuius in a-
qua vel plumbo apparet quicquid mole-
stie infertur tali imagini tale experitur
fieri imaginato & omni maleficato : pu-
ta punctura vel alia lesura quecunq; lesio
realiter quidem infertur imagini per
maleficum vel per alium hominem.
Sed inuisibiliter demō maleficatū homi-
nem eodem modo ledit Dei permissione
si demeruerit reus. quod probat magist.
Gerson. i. parte in triplogio astrologie

TRACTATUS

theologizate propositione. xxi. sic inquit
 Angelos presertim malos in artibus ma-
 gicis & omnibus superstitiosis operatio-
 nibus que nec rationem naturalem nec
 miraculū verum habent. Sed ex pacto
 noto vel occulto non dubiam operari :
 ac effectum sortiri : vnde dicit in com-
 mēto eiusdem propositionis allegando
 Augustinum . Omnes tales obseruatio-
 nes tantomagis suspectas & fugiendas es-
 se quanto sepius videntur suum sortiri
 effectum. Et idem doctor contra su-
 perstitionem cuiusdam medici eodem li-
 bro. conclusionē. vi. (vt supradictum est)
 quod sicut vera & Christiana fides mira-
 bilia operatur ī bēe credētibus : sic mala
 & falsa credulitas Deo permittente e-
 uentus malos interdum operatur vel po-
 tius demeretur . Nam experimur quo-
 tidie in male credulis quos ita Deus pu-
 nit propter malam fidem . Immo dum
 cognoscit dominus nimium adherere a-
 liquibus vanis obseruantis permittit ali

quos euentus contingeret & ita eos plus
 consequenter firmari in tali opinione
 vt maior fiat cecitas eorum & in laque-
 um cadāt quem sibi fecerunt. Et de erro-
 ribus circa artem magicam. arti. xvii. sic
 inquit. Quod per tales artes & ritus im-
 pios per sortilegia & carmina per inuo-
 cationem demonum: per quasdam in-
 uultuationes & gestus & talia maleficia
 nullus vnquam effectus ministerio demo-
 num subsequatur. Error. Nam talia
 quandoq; permittit Deus contingere vt
 patuit in magis pharaonis vel alibi plu-
 ries, vel ad probationem fideiū sicut ha-
 betur. Deutero. xiii. vel iniquorum ho-
 minum dignam flagellationem, vel quia
 abutentes seu consulentes propter
 malam fidem aut alia peccata ne-
 pharia dati sunt in reprobum
 sensum & demerētur sic il-
 ludi. Hęc ille.

Quod ad dignam flagellationem & punitionem horum flagitiorum permittit Deus tot infirmitates : pestilentias : & tempestates : sterilitates quoq; terrenascentium fructuum & interitum pecorum & iumentorum euenire .

EX quibus liquide apparet ex qua origine hac nostra tempestate tot infirmitates pestilentie sterilitates terre nascentium fructuum frugum & vinorum accidant totq; milia pecudum aliorum pecorum continuo pereant totque grandines tempestates & intemperies aerium & fulgurum eueniant . cum (prophdolor) in hoc regno pro maiori parte ad hos diuinos phitones & nigromanticos : (etiam pro re minima reperienda vel scienda) passim concurunt pusilli & magni .

Quod his diebus hæc pestis supersti-
tionū maxime viget in principibus :
prælatiſ: & nephandis quibus-
dam ſacerdotibus .

VNde poteſt verificari illud Eſaię .i.
de nobis quod omne caput langui-
dū & omne cor merens à planta pe-
dis vſq; ad verticem nō eſt in eo ſanitas.
Per caput intelligūtur principes ſecūdū
illud quod ſcribitur .i. Regū .xv. de Saul
rege, caput in tribubus Iſrael factus eſt.
Per pedes cor & totū corpus inferiores &
mediocres ī corpore myſtico & civili in-
telligere poſſumus : qui circa has ſuper-
ſtitiones & demoniacas abſominationes
paſſim & abſque vſlo timore indies
concurunt : qui deberent ab hiis ſtul-
titiis per principes ſeculares vel Ec-
cleſiaſticos : & per fideles inquiſitores
diſtricteſſime arceri . Sed nihil ho-
rum fit vt verificetur illud Gregorii
in paſtorū . cum paſtor per abrupta
h 4

TRACTATUS

vadit necesse est vt grex ad precipitium
 trahatur. Sed v̄ illis quia (vt idem Esa-
 ias propheta. dicit. c. ix.) Et disperdet
 dominus ab Israel caput & caudam. i. ma-
 los principes & sacerdotes obsequentes
 eis secundū Nicolaum in glossa morali.
 Nam in textu exponens ipse dicit, Lon-
 geu⁹ & honorabilis ipse est caput & pro-
 phe. loquens mendacium ipse cauda est :
 & qui sunt isti prophete mendaces nisi
 sacerdotes quidam nephādi phitōnes &
 nigromantici ad quos populus iste stul-
 tus & insipiens passim concurrit credēs
 ab eis in suis infirmitatibus liberari: res
 perditas per eorū diuinationem recupe-
 rare fauentes malę fidei & idolatrię ip-
 sorū in sui dannationem & maximum
 scandalū aliorum. sed v̄ illis omnibus :
 quia (vt dicit Esaias. c. statim p̄nomina-
 to.) Et erunt qui beatificant populum
 istū & qui beatificantur. i. decipiūt & de-
 cipiūt. precipitati scilicet in fossam in-
 ferni. Dicuntur enim isti phitōnes falsi

cauda : quia adherent diabolo tanquam
 principi eorū sicut adherentes principi
 terreno vulgariter dicuntur ire ad cau-
 dam eius : & in ista cauda. i. adherentia
 per mendacia sua incuruant populum à
 rectitudine veritatis : & humiliant eum
 per falsas superstitiones ad immolandū
 & adorandū demonibus, vel expresse si-
 cut ipsi faciūt vel subintellecte : sicut po-
 pulus facit credendo suis maleficiis : sed
 videant principes & nobiles huius tem-
 poris si immunes sunt ab hoc vitio ipsi
 qui similes debent punire : & utinam soli
 quoniam vóluntarie sese ducūt : & alios se-
 cū trahūt . Nam vt dicit Iohan. gerson
 de superstitiosa obseruatione dierum .
 quod tempore suo vnus principū cū in-
 duceretur vt quæreret cōsiliū à sapienti-
 bus quos sciebat esse tales & sibi beniuo-
 los : vtrū licite essent superstitiones quas
 exercebat & credebat : respondit cur in-
 quirerem à talibus . Ego scio enim quod
 disconsulerent mihi . Ego tamen sic a-

gere & sic credere penitus disposui : nec
omittam & in hac infelicitate positus &
preuentus morte repentina destitit vel-
let nollet, nunc agnoscens in inferno :
quoniam odit dominus obseruantes va-
nitates superuacue. & contra : Beatus vir
cuius est nomen domini spes eius & non
respexit in vanitates & insanias falsas.
Hęc ille .

Quod superstitio tanto peior est
quanto in tali actu plura mi-
scentur bona .

Sed dicunt isti vulgares quod mul-
ta iubentur illis obseruari ab istis
nigromanticis in suis actibus & sor-
tilegiis : que sunt sancta & honesta : vt
ieiunare : castum esse : missas celebrare :
& dicere Pater noster & Euangelium :
quod etiam ipsi nigromantici faciunt :
sed non attendunt miseri quod secun-
dum doctores theologos : superstitio

tanto peior est quanto plura miscentur
 bona : quoniam vnde deberet honora-
 ri Deus honoratur diabolus . Colitur
 re vera demon per orationes & sacrifi-
 cia : & thurificationes iussas fieri in ar-
 tibus magicis . Transfiguratur enim
 angelus sathanę in Angelum lucis (vt
 ait Apostolus) Immutando doctrinas &
 obseruationes sanctus & amorem casti-
 tatis & virtutis causa vt se ducat facilius
 quam vt veneretur & colatur sicut Deus .
 Nam (vt dicit Iohannes Gerson de pas-
 sionibus anime . parte .iii. consideratio-
 ne .xvi.) propter quid aliud iubemus in
 superstitionibus magicis fieri thuri-
 ficationes & orationes deuotas &
 ieiunia : petit quoque fieri
 ministeria per pueros in-
 nocentes nisi vt effica-
 cius fallat & co-
 latur sicut
 Deus .

TRACTATUS

Quod illi submersores imaginum
& qui in coniuriis & incantationibus concurrunt
quotidie ad hos nigromanticos & ceteri in aliis
similibus, si ex suis superstitionibus optineant
optatum effectum, à demone accipiunt,
Deo permittente.

EX quibus omnibus etiam poterit
quis inferre. Vnde illi superstitiosi
submersores imaginum & reliquiarum
& aliis similes credentes per similes
actus indubitater pluuiam obtinere
tempore necessitatis suum obtineant
effectum quia à demone Deo permittente
ad vindictam malefactorum & peruerse
credulitatis illorum. Similiter vnde
coniuria illa nephanda que supra
nominata sunt & alie superstitiose
coniurationes; vt iacere lapillos
contra nubes in coniuratione
credentes per hoc repellere tempe-
statem (vt fateor me vidisse quemdam
sacerdotem sic facientem.) Effectus enim

si quando veniat non ex vi illius con-
 iurationis superstitiosę euenit : sed ex
 pacto dęmonis expresso vel subintellecto
 cū causis prędictis Deo permittente vt di-
 ctū est. Habent enim dęmones efficacias
 magnas ad mutandū corpora & elemen-
 ta : causare pluuiam : & alios effectus &
 actiones aliquas mirabiles : vt scriptu-
 ra sacra docet de magis pharaonis. Ex-
 odi. vii. & viii. c. qui per virtutem dęmo-
 nū veros serpentes & ranas fecerūt : vt
 ponit sanctus Thomas. i. parte. q. cxiiii.
 ar. iiii. in corpore. Hoc idem ponit su-
 per Iob. c. i. Etiam possunt vere natu-
 rales effectus producere : sed mediantibus
 agentibus naturalibus vt idem do-
 ctor tenet de potentia Dei. q. vi. ar. v. Si-
 militer ex his haberi potest vnde hi qui
 concūrūt his dibus sine vllo Dei timore
 ad maleficos & diuinos istos pro recupe-
 randis rebus perditis si contigat aliquan-
 do reperiri : vnde hoc proueniat. Pos-
 sunt enim Angeli mali quantū Dei pro-

TRACTATUS

uidentia permiserit agere multa similia
 ad Angelos bonos tam ob subtilitatem
 vigoremq; substantię suę quam hoc per
 spicuitatem naturalis ingenii quam e-
 tiam propter experientiam diurnita-
 tem. Nunc in naturalibus actionibus
 sursum & deorsum in cælo & in terra
 nunc in operationibus miraculosis An-
 gelorum & omnium spirituum beato-
 rum quamuis errent frequenter. Exce-
 cat enim eos malicia amens, superbia fre-
 mens, sine lege & ordine liuor insaniens.
 Excecat etiam eos potissimum iustum
 Dei iudicium illudens eis peruersionesq;
 eorum & cogitatus aduersus
 electos suos cōuer-
 tens i vsum suę
 bonitatis.

Quæ autem & quot nephanda isti
 nigromantici committant in suis diuina-
 tionibus referant stulti illi qui passim ad
 illos concurrere non verentur.

QUæ autem & quot nephanda isti
 nepharii phitones & nigroman-
 tici committunt in suis diuina-
 tionibus: etiam sub pretextu Religionis
 puta sacrificii vel ieiunii nouerunt stulti
 illi: qui quotidie non verentur ad illos
 concurrere contra fidei pietatem quæ
 has omnes impias superstitiones dannat
 execraturq;. Vt enim dictum est supra
 nec pudet me iterum repetere quod si-
 cut vera fides meretur dotari miraculis
 dum opus est ad ædificationem. Ita falsa
 fides portentis & figmentis in sui danna-
 tionem vel aliorum probationem demere-
 tur illudi. Non ergo in his actibus phitō-
 nū & nigromanticorum specie ponere de-
 bemus: sed in Deo dicentes illud Psal. In
 manib⁹ tuis sortes meę: quæ dat per hoc
 intelligi non in superstitionibus & sor-
 tilegiis fictis & plerūq; noxijs esse confi-
 dendū. Recta enim spes in Deo ponenda
 est: nō in huiusmodi vanitatibus nec suis
 obseruatijs. Obsunt aliquādo reipublicę

TRACTATUS

& viam ad hereses & idolatriam aperit.
 Nam articulus est Parisiensis inter alios
 primo de erroribus circa artem magi-
 cam quam ponit Iohannes gerson prima
 parte quod per artes magicas & malefi-
 cia & inuocationes nepharias querere
 familiaritates & auxilia demonum cum
 sit ydolatria. Error.

Querit vnde prouenit quod femi-
 ne in maiori numero reperi-
 antur superstitiose
 quam viri.

Nunc querendum est vnde proue-
 nit quod femine in maiori nu-
 mero reperiuntur superstitiose &
 malefice quam viri. Ad quod respondet
 primo magister Iohan. nider in suo pre-
 ceptorio quod triplici de causa. Primo
 quia prompte sunt ad credendum. Fi-
 dem autem malam demon principaliter
 querit. vnde Ecclesi. xix. Qui cito credit
 leuis

DE SUPERSTITIONIBVS. 64

leuis est corde. Secundo quia natura propter fluxibilitatē complexionis facilioris sunt impressionis ad reuelationes capiēdum per impressionē separatorum spiritu^{um} vt dicit Guilmus lugdun. quia complexione dum bene vtuntur multum bonę sunt: dum male peiores sūt. Tertio quia linguā lubricā habēt & ea que mala arte sciunt. eis cōparibus fæminis vix celare possunt. seque occulte (cum vires nō habent) per maleficia vindicare que runt faciliter Vnde Ecclesia. xxv. Commorari leoni & draconi minus nocebit quā habitare cū muliere nequam. breuis oīs malicia super maliciam mulieris. Hec nider. et Ioā. gerson cōtra superstitiosā obseruationē dierū dicit: quod vetulæ: pueri: & puellæ: & idiote proniores sunt ad tales superstitiones credendum & obseruādum vnde ortum habuit illud epithetum, vetulę fortilegę.

Queritur vnde prouenit q̄ res predite vel sūratæ quas querunt simplices cōcūretes ad nigromāticos ī speculis & stalis siue vnguibus maleficorum. & cur malefici ad sua maleficia potius recipiunt virgines mares vel feminas q̄m cōruptos: & vnde isti nigromāti ci vt plurimū turpes habeāt aspectus.

TRACTATVS

Queritur etiam vnde prouenit quod
 res perditæ & furatæ quas querunt
 simplices concurrentes ad nigroman-
 ticos appareant in speculis fialis siue vngui-
 bus maleficorum nigromanticorum, & cur
 malefici ad sua maleficia potius recipiunt
 vrgines mares vel feminas quam coru-
 ptos & vnde etiã prouenit quod isti sor-
 tilegi vt plurimum turpes habeant conspe-
 ctus. ad primam respondet sanctus Thomas.
 prima parte .q. cxiiii. arti. iiii. ad .ij. quod
 hoc quidem potest dupliciter contingere, vno
 modo ab interiore secundum quod demon
 potest immutare fantasiam hominis: & etiam
 sensus corporeos vt aliquid videatur aliter
 quam sit: hoc etiã interdũ fieri dicitur virtute
 aliquarũ rerũ corporearũ sicut alibi ponit exẽ-
 plum quod quædã herba apposita ad lumen
 candelæ faciat trabes apparere serpentes, alio
 modo ab exteriori secundum quod demõ pos-
 sit formã & corpus ex aere cuiuscũque formæ
 & figuræ: vt illud assumens in eo visibiliter
 appareat põt eadẽ ratiõẽ circũpõere cuiuscũq;
 rei corporeæ: quãcunq; formã corporeã vt in
 eius specie videatur. vnde demõ qui in fantasia
 hominis format aliquã speciẽ ipse etiã põt simi-
 liter speciẽ alterius sibi offerre. Hec ille.

DE SVPERSTITIONIBVS. 69

Sed & Guil. parisiensis in vltima parte de vniuerso dicit quod opere deonum fit per plures modos. Primò: naturali applicatiōe alicuius rei: quia potestatem habet in hoc plusquam homo & scientiam maxime quando deus permittit exequi ut supradictum est. Secundo modo assumpto corpore potest ostendere aliquam rem que non est ut laticam: ut accidisse videtur moniali: de qua refert Gregorius primo libro dialogorum que gustata immediate a demone obsessa est. vel in massa auris ut beato Antonio factum legitur vel lupum vel vrsum vel aliam homini se ostendere potest. & sic tegere rem alienam suo corpore assumpto. Tertio potest turbare organum visus ut videatur res nubilosa que est clara & huiusmodi. Sicut etiam post fletum lumen apparet aliter quam antea. Quarto in imaginatiuam potentiam operando transmutatione specierum sensibilium vel humores varios mouendo ut appareant ignea vel aquea homini sicut in melancholicis naturaliter fit vel in demoniacis ut dicit sanctus Thomas prima parte .q. cxi. arti. iii. q. ut dicit Nider. virgines tamen ad hoc idoneas vel idoneas demon mentitur triplici de causa licet corruptis idem ostendere valeret. Prima: ut fingat falso se castitatem amare quam odit: quia castissimam virginem summe odit quod

TRACTATUS

contriuit caput serpentis. vnde insidiatur cal-
 caneo eius. vnde deus ait serpenti. Inimici-
 tias ponam inter te & mulierem & semē tu-
 um & semen illius, ipsa conteret caput tuum
 & tu insidiaberis calcaneo eius. Geū. iij. hoc
 etiā dicit sātus Thomas de potētia dei. q. vi.
 arti. x. ad. iiii. quod dēones vocati a virgini-
 bus veniūt vt ducāt hōines ī opinionē suę di-
 uinitatis quasi mūdiciam ament. Secūdo vt sic
 animas maleficorū & eis credētū decipiāt
 ad amiciciam demonis inclinatas, p̄ infideli-
 tatē vitiū sub specie boni, nō sub specie mali.
 Tertio vt corpora sic lēdat inocētū vel mī-
 nus vitiis infectorū nā postea (vt p̄ experiētā
 p̄stet) tales habēt visū frequēter horribiorē
 quā ātea ex vestigijs demonū relictis ī oculis
 vel facie videntis. Hec ex doctoribus p̄dix-
 ctis sed & Ioan Gerson de distinctione verarū
 visionū a falsis: parte prima sic inquit. Ce-
 terum qui perscrutatur acutius artium magi-
 carum traditiones sacrilegas & impias faci-
 lime noscit plurima ibidem obseruanda pro-
 poni super imoderatis ieiunijs & alijs non ad
 aliud quā ad sensus & rationis perturbationē
 quo fit vt etiam plerumq; talibus dediti ca-
 dāt in insaniā & vltus oculorumque errorem
 terrificam potiantur Hec ille, Sed & hoc na-

DE SUPERSTITIONIBVS. 66

turali rōne & experiētia videmus. Nam vt dicitur per quendam concionatorem hispanicum amarillo hazeel oro al que fige sumi nero y tenblador el thesoro dela azogue al del venero (quod ē dicere) pallidum facit aurū ille qui sequitur suum minerale: & tremulū qui tractat venam thesauri: viui argēti: & sic de alijs mineralibus. Nam si facies moysi splendida facta est ex consortio sermonis diuini. ita vt nō possent filij israel prospicere in faciem eius propter claritatē vultus illius: vt habetur Exodi. xxxiiii. Nimirum sic facies nigromanticorū & sacrilegorū istorū turpes & teterrimæ appareant ex cōsortio tam horribiliū visionū demonū vt turpiū animalium in quibus appareāt: quorū vt dicit sātus Thomas. super Iob. xix. c. lectione. ij. de grauitate huius peccati in principio demones frequenter apparēt in figuris bestiarum quæ disignāt cōditiones eorum ex prouidentia dei.

**Tanta est grauitas huius peccati: sicut
superstitionis. quod multipli
ci pēna etiā sub pēna mortis
hoc prōbitum est.**

TRACTATUS

Nunc restat declarare quæ & quanta sit
 grauitas huius peccati? Pro quo notã
 dū est primo: q̄ multiplici pena: etiã
 sub pena mortis animę & corporis proibitū
 est vnde Leui. xix. Anima quę declinauerit
 ad magos & ariolos; & fornicata fuerit in
 eis ponam faciem meam contra eam & in
 terficiam eam demedio populi mei. Item
 ibidē. xx. c. Vir siue mulier in quibus phito
 nicus vel diuinus spiritus fuerit moriatur &
 lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit
 super eos. & Exo. xxj. præcipitur. Maleficos
 non patieris viuere. glo. Maleficos qui pre
 stigijs magicę artis & diabolicis figmētis agūt
 coopatores & adiuratores diaboli. Scribitur
 enim .j. Reg xxviij. quod Saul abstulit oēs
 magos & ariolos de terra & interfecit eos
 qui phitōnes habebāt in ventre. Per hoc pec
 catū ochozias rex israel mortūs est: quia in
 firmus spreto deo vëro misit nuncios ad con
 sulendum beelezebub deum accaron. vt ha
 betur. iij. Regum .j. c. & Saul quia postea
 phitōnisam consulit, nec sperauit in domino
 propter hoc interfectus est & trāsulit regnū
 eius. j. Paral. x. pro quibus & similibus facit
 illud quod scribit magister Ioan. gerson. de
 erroribus contra artem magicā. prima parte

DE SUPERSTITIONIBVS. 67

fic iniquiens: Vt recedens peccator a deo de/
clinatque i vanitates & insanias falsas: & ad
eum qui pater est mēdacij tandem imprudē/
ter apostādo se cōuertat. Sic demō eos, qui fide
& opere absq; deo vero sūt, vt a deo falso lu/
dificētur necesse est, vt scribitur i legēda beati
Bartolomei. Itē secūdū cāones si diuinatorū &
maleficorū peccatū ocltū sit: impōitur penitē/
tia. xl. dierū extra de sortilegijs. c. j. Si notoriū
sit: eis eucāristia negatur. de conse. dist. ij. pro
dilectione. Si sit clericus deponendus est. si la/
icus excōunicādus. xxvj. q. viij. nō opem. ta/
les etiā ifames sūt & qui ad eos cōcurrūt ūde
nec ad accusationē debēt admitti. ij. q. viij. quis
quis. Itē tales secūdū leges debēt plecti pena
capitis & si accedāt ad domū alterius crema/
ri & bona eorū debēt publicari. C. de malefi/
cijs. l. nemo. l. culpa. & l. nulla Contra omnes
enim diuinatores & maleficos iura ciuilia
sequissima sunt. Sed & deus ipse propter hec
peccata multipliciter punit peccatores secū/
dū penā sterilitatis fructuū: siccitatis, grandinū,
venti vrēris & aliorū huiusmodi Inuisionū per
āgelos malos permissiue. vt habetur psalmo
lxxvii. & in alijs locis plurimis sacre scrip/
ture vt enī dicit sāctus Thomas priā parte. q.
cxii ij. art. ad j primum. demones mittuntur

liiii

TRACTATUS

^{ad} a deo puniendum malos propter eius iusticiam quamuis ipsi puniant ex odio & inuidia. Sed beatus Augustinus vt habetur. ij. q. v. ij. nō obseruabitis, enumeratis multis superstitionibus sic concludit. Qui has & quascūque diuinationes aut facta aut auguria obseruat aut attendit aut cōsentit obseruantibus aut talibus credit aut ad domum eorum vadit aut in suā domum introducit aut interrogat: sciat se fidē Christianā & baptismum pręuaricasse: & vt paganum apostatam & dei inimicum, iram dei grauitur in eternū incurrere: nisi ecclesiastica penitētia emēdatus deo reconcilietur. Hęc ille.

De remēdijs p̄ adeptiōe bonorū & euitandis malis.

Quinque remedia licita adhibentur ad euitandum mala & adipiscendum bona.

QUę autem sunt remedia licitā hoīs pro adeptiōe bonorū quorumcunque & pro euitandis malis quibuscūq; reiectis maleficijs diuinatiōibus & superstitiōibus Ponit Ioh. nider precepto. j. c. ix. & sūt quinque. primō faciat (inquit) homo id quod possit ex propria industria, ex propria potentia & virtutum suarum exercitatione per viā naturalis rationis & prudentiæ & artis, quas sciue

DE SVPERSTITIONIBVS. 68

rit, hoc vocatur facere quod in se est: ne videatur tenetari deus. quod apostolus .ij. ad Cor. ix. iubet dicens. abundetis in omne opus bonum. Secundò homo recursum habeat pro consilio ad alios homines qui sunt in hoc prudentiores & super hoc imploret auxiliũ potentioris: vt cum perito in arte medicandi si est infirmitas naturalis. ideo Eccle. xxxviij. Honora medicum propter necessitatem et enim eum creauit altissimus. A deo enim est omnis medela. Tertiò se cõmendat precibus iustorũ huius vitæ vnde Eccle. xxxv. Cum viro sancto assiduus esto. quẽcunq; cognoueris obseruantẽ timorem dei cuius anima est secundũ animam tuam. Quartò deuotè inuocet sanctos patriæ. de quo Iob. v. dicitur. Voca si est qui tibi respondeat: & ad aliquem sanctorum conuertere. Quintò ad deum pro adiutorio imediate recurrat humiliter sicut in veteri testamẽto ipsa virgo sacra fecit. Tobie .iij. que ait hoc pro certo habete omnis qui colit te: quia vita eius si in probatione fuerit coronabitur: & si in corruptione fuerit ad misericordiam tuam peruenire licebit; & Iosaphat rex iuda in tribulatione inimicorũ existens. ij. parali xx. ait cũ ignoramus quid agere debamus. hoc solum habemus residua

TRACTATUS

vt oculos nostros dirigamus ad te, & si inten-
 tum non adipiscitur quis per primam viam
 addat secundam: & sic (si oportet) tertiam
 vsque ad vltimam quod si perseuerauerit: &
 si quod ad salutem est rogauerit vtique ex-
 audietur aut in propria petiti forma aut in-
 quiuvalenti. Exempli gratia. si vis carere vi-
 tio aut occasione eius aut habere virtutes: de-
 uotionē: & huiusmodi spiritualia bona: siue ha-
 bere temporalia, vel carere malis huius vite:
 primo primū arripe secundo adde secūdū &
 sic consequenter: sed alia remedia querere su-
 perstitiosum illicitum est & diabolicum. Nā
 articulus quidem est in Ioan. gerson: parte
 prima de erroribus circa artem magicam: talis
 quod licitum etiam sit & permittendum ma-
 leficia maleficijs repellere Error. Non enim
 sunt maleficijs repellenda: nam aliter sapere,
 est contra fidem desipere. Sunt autē tria
 quibus non prohibetur vti in remedium, sili-
 cet herbis: lapidibus, & similibus q̄ naturali-
 ter habent virtutem, De quo secundum natu-
 rales et medicos ratio reddi potest, vnde bea-
 tus Hieronymus dicit: & ponitur. xxvj. q. viij
 demon sustinenti, licet petras habere & herbas
 sine incantatione. Itē verbis sacris si alicuius
 auctoritatis sint & alijs sacris rebus, vnde

DE SUPERSTITIONIBVS. 69

aliquis colligat herbam medicinalem cū sym-
bolo diuino vel oratiōe dominicali: vel scri-
bat ī carta s̄mbolum vel oratiōem dōinicalē
vel versus alicuius psalmi & ponat super
aliquem infirmum vt sic in istis tantum deus
creator honoretur, nō reprobatur: dummodo
nulla alia superstitio admisceatur: vt habetur
ī concilio Martini pape. xxvi. q. v. nō liceat.
tetto in ieiunijs & orationibus & elemosinis
& alijs operibus que sunt de genere honorum
que certum est placere deo.

Queritur his deficientibus, solum remedium
restat in dei misericordia que
qualiter impetrantur.

Quibus vñs deficientibus vbi humana
subsidia defecerint solū refugiū restat ī
dei misericordia & diuina postulanda
est gratia. de cōse. dist. i. omnis, hęc autē nō su-
perstitiosis. sed pñs obseruationibus. Nō
demonū inuocationibus: sed vite emēdatio-
ne & deuota asidua oratione exemplo cha-
nanę mulieris. Matthei. xv. hęc autē. (vt ait
Chrysostomus) nō iuit ad diuinos: non quęsiuit
ligaturas non vocauit īpostatrices mulieres:
sed reliquit omnia diabolica tentamenta &

TRACTATUS

venit ad iesum, ad ipsum enim vt ait Gregorius primo confugiendū est qui nostræ possit curare animæ passiones. Non ad homines reprobos superstitiosos & incātatores nam hoc non est ire ad Christum sed diabolū: vt ostendit Augustinus. xxvi. q. ij. illud quidem. Si enim deum volumus mutare sententiam suā, nostram in meliorem mutemus vitā. Reñciat ergo fides catholica & iudicium expertorū seu virorum litteratorum tales vanitates & superstitiosas obseruantias.

Exhortatur auctor ad euitandum hec opera tenebrarum: & propter quid.

NOs etiā fratres Charissimi vitēus & abiciamus hec opa tenebrarū ne cadat indignatio dei super nos: q̄a vt dicitur ad Collo. iij. propter hoc venit ira dei in filios diffidentie. Nam si indignatio principis mors est quāto magis dei. Nō queramus ab eo Veritatem qui mēdax est, non speremus in super ab eo prosperitatē qui hostis est, nec ineamus pactū cū eo qui inuidus est, nec consortiū cū excōicato & apostata nec fidem proditori perfido adhibeamus, sefellit reuera oēs & fallit qui sibi aut iſtitutis suis deditos iuenerit.

DE SVPERSTITIIONIBVS. 70

Qod humana impatientia aliquando nititur
reluctari contra Deum, & murmurare
eo q̄ obsecrando Deum, ieiunia &
peregrinationē faciendo, non
exauditur: & vnde pro
uenit.

Sed humana impatiētia plerunq; contra di
uina prouidētiā, qui ideo differt exauditio
nem vt magis excitet affectionē qod fecit
in muliere chananea pro filia deprecante: vt
dictum est, reluctari nititur, dicēs obsecramus
deum nec exaudit: ieiunamus & non aspicit:
humiliamus animas nostras & nescit: peregrin
ationem facimus & processiones nec attēdit
quē impatientia impulit Saul vt consulēt &
phitonisam in hendor. vt habetur primo Re
gum, xxviiij. in Suscitatione Samuelis, vnum
& dicebat siquidem philinisti pugnant aduer
sum me, & deus recessit a me & exaudire me
noluit neque in manu prophetarū neque per
somnia. Sic murmur resonat sic querimonia
istorum vulgariū quasi gens quę fecerit iu
sticiam & quę iudicium dei sui non dereli
querit & quasi populus qui non aduersus fu
erit a deo suo per diuersa peccata sic erecta
ceruice deū suis petitionibus omnibus volunt

TRACTATUS

esse obnoxium cum tamen verissime sint populus
qui labijs suis deum honorat & utinam hoc
inueniretur nec verius diceretur blasphemat.
cor autem eorum longe est a deo dum ver-
bis & factis & diuersis superstitionibus ip-
sum ad iram prouocat.

Queritur si deus differat aliquando petita da-
re non debemus contra diuinam prouidentiam frē-
dere qui potius eius benignitatem patienter
expectate: nec eidem termi-
num expectate misericordie prefigere; sed
culpas nostras agnoscere
& flagella patris
patienter sustinere.

Conticescat hec obstinatio diabolica frē-
des contra diuinam prouidentiam qui potius
patienter expectatus sicut agricola expec-
tat preciosum fructum terre patienter ferens do-
nec accipiat temporaneum & serotinum: non
prefigamus terminum diuine misericordie,
iuxta consilium sancte Iudith dicentis, nos in
deum totiens delinquimus & in omnem in-
iusticiam. Immo in omnes creaturas suas cur
non tollerabimus flagella patris.

Scripsit J. J. Paderb.

DE SVF

Verta

Adiabo


duñ


das hum

benedict

& regn

R





legrelius a re dicitur et dicitur
e speculo **R**edimimus hunc redit
q' dicitur iam in fine scribit
ma p'ntios deus h'os dicitur
dit in carmine **U**t dicitur
nis q'uis dicitur h'os dicitur
lune **S**ed p'minus h' dicitur
huc allegit et sapor et p'minus
gu' dicitur h'os dicitur h'os
idi dicitur h'os **F**audet dicitur
q' in h'os dicitur h'os dicitur
no **U**bi dicitur h'os dicitur
demonstrat h'os non signum
Tunc dicitur h'os dicitur q' dicitur
h'os dicitur h'os dicitur **T**unc dicitur
dicitur h'os dicitur h'os dicitur

Th
4811